THEO-
PHRASTUS
DE
SUDORIBUS

1576



Jn.o Lewis Petit M:D.

Coll. Regal. Med. Lon. Soc. S.R. & S.S.A.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΕΛΛΟ-
γιμωτάτου περὶ ἱδρώτων, καὶ περὶ ἰλίγγων.

THEOPHRASTI PHILOSO-
phi nobilissimi de sudoribus
libell. vnus: de vertigine
libell. alter.

E Græca lingua in Latinam conuersi, & annotationibus illustrati, per Bonauenturam Grangerium Parisiensem, Doctorem medicum.

Nunquam antea Latinè editi.

Libello de sudoribus adiecta sunt sudorum Prognostica, ab eodem interprete Latinis versibus descripta, ex Hippocr. & Gal. scriptis.



PARISIIS,

Apud Ioannem de Bordeaulx, in monte D. Hilarij sub signo Occasionis.

1576.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

B. GRANGERIVS
RENATO BIRAGO
Ampliſſ. Franciæ Cãcellario
S. P. D.

SVMMA *tua authoritas (ampliſsi. Birage) omniũmque perpetuum de tua ſingulari virtute iudicium, mihi pro ſuo iure eam cogitationem iniicere poterat, vt magnopere mea intereſſe putarem, tibi Theophraſtum ſuam de ſudoribus & vertigine ſententiam Latinis verbis explicantem, velut fructuum quos ex literis, quarum ſummo ſtudio ſemper ſum incenſus, referre potui, primitias conſecrare. Nam cùm eum phi-*

losophum, quem verè & meritò cum Cicerone philosophorum omnium eruditissimum & eloquentiss. extitisse consentiunt omnes, Latinis literis legendũ proponere magnum omnino & arduum esse intelligerem, dubium mihi non erat, fore vt illustrissimi tui nominis splendor, qui soli patrij finibus contineri non potuit, sed longè latéque diffusus Regum nostrorum aures ita peruasit, vt tibi amplißimum Cãcellarij munus, amplißimis tuis virtubus iamdudum debitum, sponte detulerint, eos quorum sincerum & subtile iudicium pertimescere possem ad conatus meos amicè & comiter excipiendos inuitaret. Verùm cùm in animo versaretur amor erga me tuus, ex vultu, ex fronte, ex oculis, ex ipsis etiam tuis suauißimis verbis mihi plenè cumulatéque cognitus, ad quem nullis meis officiis prouocatus fuisses, sed eius solùm voluntatis propensione, quã erga Ianum Moræum fratrem meũ semper habuisti, sponte incitatus, cuius suscipien-

dæ retinendæque quàm iustę tibi causę fuerint, cùm satis memineris, has in tacita tua cogitatione relinquere malo, quàm si corã dixero, in turpissimũ assentationis crimen incurrere, omnem operam adhibendam putaui, vt si tibi ea in re respondere non possem, at certè huius memoriam mihi longè gratissimam esse testarer. Quare quum Theophrasti hos duos libellos, quos per id tempus quod ab ægrorum curandorum exercitatione mihi reliquum fuerat (tantũ autem fuerat, vt illud malè perdere mihi sine scelere non licuerit) ex Attico sermone in Latinũ cõuerteram, & scholiis illustrauerã, in apertum proferrem, occasionẽ peroportunè mihi oblatã existimãs ad meritam tibi gratiam debitámque referendam, hos in tuo illustrissimo nomine apparere volui. Munus autem istud, si ex tua dignitate spectetur, eiusmodi esse non sum nescius, vt apud te summã gratiã, partim propter chartarum quibus cõtinetur perexigũ numerum, partim propter ru-

dem fortasse, nec satis explicatam eorum quæ hîc tractantur rationem, quam librorum deprauatio, in summa exemplarium inopia, attulit, inire poßit: morum tamen tuorum facilitas & suauitas, me in eam spem adducunt, vt tibi istud ex propensa animi mei voluntate æstimanti maximũ futurum putẽ. Quod equidem si obtinuero, me longè beatum arbitrabor, ídque in parte laudis maxima ducã, quam ab ampliβimis & ornatiβimis viris proficisci, magni ad decus sempiternum interesse, cũ Hectore illo Nęuiano, semper existimaui: sin minùs, qualecunque id erit, vt voluntatis meæ tibi deditæ deuotǽque quasi testificatio quædã apud te maneat, te etiã atque etiam rogo. Bene vale. Lutetiæ Paris. Cal. Quintil.

CANDIDO LECTORI S.

QVOD olim à Cicerone eorum causâ qui de grauissimis rebus in frequenti hominum corona verba facerent dictum est (cãdide Lector) magnum esse suscipere ac profiteri, sese omnibus silentibus vnum, maximis de rebus, magno in conuentu hominum audiendum: quia adsit ferè nemo, quin acutiùs atque acriùs vitia in dicente quàm recta videat: id ego cùm eorũ plerisq; qui vel cogitationes suas literis mãdare, vel aliorum sensa sermone qui notus esset omnibus intelligenda proponere constituissent, contigisse animaduerterem, mecum sæpe dubitaui, num Throphrasti libellos istos, è Græcis Latinos factos, iis qui Græcarum literarum rudes essent le-

gendos darem. Cùm enim nescio quo fato Theophrastum tam malè acceptum viderem, vt operum ipsius plurima pars periisset, quę autem tanquam è miserrimo naufragio ad nos appulerat tã sui dissimilis esset, vt in huius colligẽdis reliquiis pauci admodũ sibi enitendum putarent, tantam de mea industria, si qua est, opinionem concipere non audebam, vt iis reficiendis par esse possem, cùm eorum nemo qui scribendo docendóque patriæ vtilitates augere antea studuerunt, in illius explicanda sententia, rei euentum fortasse pertimescens, operam posuisset. Vnum Adrianum Turnebum excipio, qui cum iis quæ ex Græcis Latinísque literis hauriri possunt ita abundaret, vt omnes scientiæ doctrinæque numeros explere posset, in duobus libellis quid posset expertus est, quorum alter de odoribus, alter de igne inscriptus est. In quibus Latinis literis illustrandis, talem se præstitit, vt quamuis eorum cognitionem meritò desperare possemus, emendatissimi tamen in manus nostras venerint. Mihi verò cùm ipsius industriam referre, nedum æqua-

re, conceſſum non eſſe abundè intelligerem à propoſito ſuſceptóque conſilio facilè reuocari poteram, niſi vtilitatis publicæ ratio, quàm exiſtimationis meæ periculum, plus apud me potuiſſet: quæ me in eam cogitationem impulit, vt ſi perfectum & omni ex parte abſolutum opus bonarum literarum ſtudioſis dare non poſſem, at certè talia rudimenta proponerem, vt ei poſtremam manum imponere difficile non eſſet. In eo autem conuertendo ita me geſſi, vt cùm plerique loci ſeſe offerrent, qui ſuperiorum temporum iniquitate vel ita deprauati eſſent, vel mutili, vt Delij cuiuſdam natatoris operam (vt eſt in prouerbio) efflagitarent, quædam immutauerim, quædam addiderim, quædam etiam ſuſtulerim, quoties è re ipſa eſſe exiſtimaui: ne cùm meam interpretationem planiſſimè & apertiſſimè, quantum in me fuiſſet, Theophraſti ſententiam explicantem exhiberem, ſi huius Græca qualia omnium manibus tractantur afferrem, quantus eorum inter ſe conſenſus eſſet iudicandi facultas ſtudioſo lectori prærepta videretur. Quod ne quis

arrogãtiâ quadam factum fuiſſe exiſtimaret, ſingulorum locorum emendationes in meis ſcholiis expreſſi, vt quibus rationibus adductus, quidque feciſſem intelligeret. An verò omnibus in quorum manus incident ſatis ſim facturus neſcio: nec profectò id vnquam futurum putaui, cùm mihi exploratum ſatis ſit, in omnibus rebus quæ dubitationis habent aliquid fere vſuuenire, vt vnuſquiſque ſuo ſenſu coniecturáque rapiatur. Hoc tamen affirmare poſſum, me nullo labori vnquam pepercisſe, quò voti ab initio ſuſcepti compos fierem. Nec verò in eo præſidium omne ad eam rem neceſſariũ collocaui. Cùm enim aliorum exemplarium auxilium expectare non poſſem, ſi operum Theophraſti fragmenta quædam, ab Henrico Stephano ante annos octodecim edita, & Ariſtot. problemata quædam excepero, quorum comparatione, quod eiuſdem eſſent argumenti, interdum ſum adiutus, viros eruditos, quorum ſingularem in me beneuolentiam antea expertus fueram, cùm multos alios, tum verò Ludouicum Duretum, Regium medicum & medicinæ

professorem, & Gerardum Denisotum, inter principes non solùm huius vrbis florentissimæ, sed totius etiam Galliæ medicos, & doctrinarum studiis ornatissimos, & medendi gloriâ clarissimos, consului. Quorum iudicio in locis implicatis explicandis, obscuris illustrandis, corruptis restituendis, vacuis explendis, cùm in plerisque steterim, te (candide Lector) tanti ipsorum in me meriti nescium esse nolui, vt quando parem gratiam iis referre non possum, retulisse tamen videar, cùm commendatione perpetuâ persequutus fuero. Bene vale.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΚΦΡΑΣΙΝ ΤΟΥ Β. Γραγγηρείου περὶ ἱδρώτων.

Τήν δὲ Θεοφράστου βίβλον ἱδρώτων πέρι,
Ἱδρῶσι πολλοῖς ἐκφράσας Γραγγήριος,
Τοῖς ἐντυχοῦσι δῶκ' ἀνιδρωτὶ φρονεῖν.

Ι. Αντώ. ὁ Βαΐφιος.

ΕΙΣ ΤΟΝ Β. ΓΡΑΓΓΗΡΙΟΝ τοῦ Θεοφράστου μεταφραστήν.

Σοὶ χάριν ὀφλήσει, Γραγγήριε, σὸς Θεόφραστος,
Ὡς φαόφραστος ἔῃ πρὶν σκοτόφραστος ἐών,

Κλαύδ. ὁ Ρεβούρσιος ἰατρός.

IN

THEOPHRASTI LIB. DE ſudoribus in integrum reſtitutum, & Latina lingua donatum, eiuſdem Reburſij Hendecaſyllabi.

DVM *Grangerius explicaret iſtum*
De ſudoribus horridum libellũ,
Exilẽ, lacerúmque, Græciáque
(Vt verè loquar) exulem libellum,
Tam ſe præſtitit impigrum ad labores,
Sudoríſque, famíſque, frigoríſque,
Atque æſtus patiẽtem: vt ad legendum,
Diſcendum quoque, poſteris deinceps
Iter tam facile atque tam expeditum
Ornarit, ſine (vel leui) labore,
Ac ſudore, queant vt imperiti
Non dico legere, aut tenere mente,
De ſudoribus horridum libellum,
Exilem, lacerúmque, Græciáque
(Vt nuper fuit) exulem libellum,
Sed bellum, ac lepidum, integrúmq; librũ,
Authori patríæque reſtitutum.

DE

THEOPHR. LIB. DE SVdoribus reſtituto & Latinè facto.

Qui lacer antè fuit, nulla reparabilis arte,
Et nulli noſtrûm cognitus antè liber,
Integer ecce iterum ſurgit rediuiuus in auras,
Et Graiis lectus, lectus & Auſoniis.
Quod tua cùm faciat virtus, Grangere, quis in te
Phœbigenæ numen non videt eſſe dei?

I. Curterius.

IN

THEOPHR. LIBELLOS à BON. GRANGERIO Med. Pariſ. emendatos, Latinitate donatos, & comment. illuſtratos, Hendecaſyllabi.

Dum ſanus Theophraſtus, integérque,
Ab ortu Heſperium petit cubile,
Fortè in ſacrilegas manus viator

Barbarorum hominum incidit misellus:
A quibus mutilus, lacer, cruentus,
Discedit, variéque vulneratus,
Multis stigmatibus feris, probrosis,
Vstus, vlceribúsque verminosis
Scatens, Telephiis, Chironiísque.
Sed Grangerius hospitem misellum,
Et dulci patria exulem, cruentum,
Sordidum, variéque vulneratum,
Multis stigmatibus feris, probrosis,
Perustum, vlceribusque verminosis
Plenum, Telephiis, Chironiísque,
Ad se inuitat, & excipit benigno
Sermone, hospitioque liberali,
Sordes & saniem vlcerum repurgat,
Profundos replet vlcerum recessus,
Disiunctásque facit coire partes,
Carnem conglutinat, cutim regignit.
Quid plura? irremeabili paludi
Vicinum reuocat, manu perita,
Fide, cura, ope, diligentiáque,
Reddit incolumem, boníque multis
Ornatum, Latiáque ciuitate

Donatum, tamen omnibus fruendum,
Utendum, ad patrios lares remittit.
Nic. Ellænius med. Parif.

IN
LIB. DE VERTIGINE
unà restitutum, & Latinum factum, Cl. Reburfius.

Si vertigine quis laborat atra,
Quem Grangerius edidit libellum
De vertigine perlegat, Latinè
Sic verfum, nitidéque, fplẽdidéque,
Vt fplendore fuo, & fuo nitore
quaflibet tenebras fugare poſſit:
Mox vertiginis ille fiet expers.

DE
B. GRANGERIO THEOphrafti interprete & fcholiafte.

Quod Theophraftus Ariftoteli, Grangerius illi
Eft, medicóque patri: interpres, fucceffor, & hæres
Doctrinæ, laudífque, velut Medicina Sophiæ.
Guliel. Cappellus Med. Parif.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΠΕΡΙ ΙΔΡΩΤΩΝ.

THEOPHRASTI
de ſudoribus lib.

Ὁ ἱδρὼς πότερον ὑφ' ὑγρότητος εὐθὺς ἐκκρινομένης γίγνεται, ἢ πνεύματος, ὡς τούτου διϊέντος διὰ τῆς σαρκὸς, εἶτ' ἔξω πήγνυται καὶ συνίσταται καταψυχόμενος, ἕτερος ἔστω ἐν ἄλλοις λόγος. διότι δ' ἁλμυρὸς, ἢ ὀξὺς, ἢ κακώδης, ἢ τὰς ἄλλας ἔχων διαφορὰς, νῦν πειρατέον θεωρεῖν. ἁλμυρὸς μὲν οὖν γίγνεται, διότι τὸ ἀλλότριον ἐκκρίνεται ἐν τῇ προσφύσει τῆς σαρκὸς, ἐξαπηλωμένου τοῦ γλυκυτάτου, καὶ κουφοτάτου. τὸ γὰρ τοιοῦτον ἐν μὲν τῇ ὑποστάσει τῇ κατὰ τὴν κύστιν οὖρον, ἐν δὲ τῇ σαρκὶ ἱδρὼς καλεῖται. πλὴν ὅτι συμβαίνει τὸ μὲν αὐτομάτως, καὶ οἷον αὐτῆς τῆς φύσεος ἐργαζο-

μένης ὑφίςαθαι, τὸν ὑδρότα δ' ἐκκρίνεσθαι διὰ τὴν κίνησιν, ἢ πόνον, ἢ ἁπλῶς, τὴν τοῦ θερμοῦ καὶ πνεύματος δύναμιν. διὸ καὶ τὸ μὲν ἀεὶ, τὸ δ' οὐκ ἀεί. Συνεχὲς μὲν οὖν ἧττον ἢ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις. ἄφαντος δὲ τῇ αἰσθήσει, καθάπερ ἀτμίζοντος ἀεὶ τοῦ σώματος. τὸ μὲν ἁλμυρὸν ἄπεπτον, τὸ δὲ πεπεμμένον γλυκὺ, τὸ δ' ἐπὶ πολῆς ὑδατῶδες, ὥσπερ τὸ φλέγμα καὶ δάκρυον. τάχα δὲ ταῦτα μὲν εὐλόγως. τὸ μὲν ὅτι ἀπὸ τῆς τροφῆς, τὸ δ' ὅτι ἀπὸ τῶν περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ὁ δ' ἱδρὼς, καθάπερ ἐκ σαρκὸς καὶ φλεβὸς, ἐν οἷς ἤδη μεταβολὴ τῆς τροφῆς, καὶ τύπῳ τοιαύτη, καὶ οὕτως, ὥσπερ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον. ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθ' ὅτ' ἐκ συντήξεος, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους, ἁλμυρὸν τὸ πτύελον καὶ τὸ δάκρυον ᾖ. τούτῳ μὲν μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ τὸ πρότερον, ὅτ' ἱδρὼς πᾶς ἁλμυρὸς, εἰ δὲ ποῤῥωτέρωθεν ἁλυκώτερος. οὗτος δὲ μᾶλλον ἐν τῇ προσφύσει ὤν, δόξειεν ἂν ὅτι οὐ τοῦ ἁλυκοῦ ἡ ἔκκρισις ἀλλότριον εἴη. τὸ δ' ἁλμυρὸν πάλιν ἀλλότριον. ὑπὲρ μὲν οὖν σκεπτέον. ἔοικε γὰρ ὁ μέν τις τοιοῦτος, ὁ δ' οὐ τοιοῦτος εἶναι τῶν ἱδρώτων, ἢ τό γε μᾶλλον, καὶ ἧττον, φανερῶς.

VTrum ex humore, qui ſubitò atque repentè excernitur, , ſudor exiſtat, an verò ex ſpiritu, vt pote qui carnem permeet, deinde extra cogatur, atque vbi re-

frixit concrescat, alius esto disserendi locus. Quid autem causæ sit quod vel salsus, vel acidus sit, vel malum odorem spiret, vel aliarum differentiarum particeps sit, vt inuestigemus adhibenda omnis opera. Ergo salsus sudor euadit, quia id quod alienum est, dum alimentum carni adiungitur, excernitur, posteaquam id quod dulcissimum iuxta ac leuissimum est exhaustum fuerit. Quod enim est istiusmodi, id quidem in vesica subsidens, vrinæ, corporis autem habitum appetens, sudoris nomen accipit: hoc tamẽ interest, quod vrinam sponte sua, atque id quasi agente natura, subsidere contingit, sudorem autem agitatione & motu excerni, omninóque (vt simpliciter dicam) vi atque efficientia caloris atque spiritus. Eò fit vt illa omni tempore secedat, hic autem non omni: proinde minùs continuus sit huius discessus quàm spiritus. Verùm hic sensum fallit, cùm semper è corpore aliquid expiret. Porrò id quod salsum est crudum est, quod verò dulce est, maturum & coctum: id autem quod per summam corporis superficiem excurrit aqueum est, ve-

lut pituita & lachryma. Sed fortaſſe rationi maximè conſentaneum fuerit, alterum ab alimento principium ducere, alterum à cerebro: ſudorem verò, quemadmodum ex carne & venis, in quibus iam cernitur alimenti conuerſio, iámque forma atque ſpecie ipſa talis, ita etiam ex cerebro quodammodo proficiſci: quandoquidem vel ob colliquationem, vel ob aliquem alium affectum, ſputum ſalſum illinc prodire animaduertimus, ſalſam etiam lachrymam. Hoc verò planè confirmat id quod antea dictum eſt, nempe ſudorem omnem ſalſum eſſe: quod ſi è longinquioribus partibus feratur, magis adhuc ſalſum ſentiri. Verùm enimuerò quando hic dum alimẽtum partibus ſingulis adhæreſcit potiſſimùm gignitur, videri poſsit eius quod ſalſum eſt excretionem alieni nihil habere. At contrà id quod ſalſum eſt alienæ naturæ particeps eſt. Hæc igitur vt ſe habeant conſiderandum. Videtur enim ſudor alius talis eſſe, alius talis non eſſe, aut certè magis vel minùs euidenter.

ὑφ' ὑγρότητος.] *Ita legere malui, quàm veterem lectionem ſequi, quæ habet* μεθ' ὑγρότητος. *Hæc enim* ταυτολογίαν *quandam habere*

videtur. Nam si sudor humor est, quid aliud est quærere an sudor cum humore qui excernitur erumpat, atque quærere an humor cum humore erumpat? At verò quæ hoc loco de sudoris ortu affertur quæstio, duas partes habet, quia quæritur an sudor ex humore ortum habeat, an verò ex spiritu, quod quidem ex præpositione μετὰ *intelligi non potest.*

ἕτερος ἔςω ἐν ἄλλοις λόγοις.] *Nullus extat locus in operibus Theophrasti quæ ad nos peruenerunt, in quo hic suam de quæstione quæ hoc loco proponitur sententiam explicauerit. Quare à Theophrasto significari puto lib. qui* περὶ ἐκκρίσεων *inscribitur apud Diogenem Laërtium, si modò Latinè loquendo de excretionibus potiùs inscribendum esse rectè induco, quàm de selectione, vt interpres conuertit. Veruntamen si omnium quæ ab eo prodierunt conspirationem consensúmque vnum fuisse credimus, mihi dubium non est, hunc cum Aristotele magistro (de cuius sententia constare potest ex probl. 18. & 20. sect. 2) opinionem vtramque quæ hoc loco proponitur sequutum fuisse, quippe qui sæpenumero humorem excrementitium sudori materiam suppeditare scribat: at causam explicans quæ efficit vt post cohibitionem animæ sudores effusè magis ferantur, spiritum ad cutem traductum sudorem fieri dicat, idque repetat sub finem libri, rationem reddens nauseæ quæ dum sudor effluit molestiam exhibet, si corpus refrigescat. Spiritus autem nomine, sanguinis & humorum exhalationem intelligi velim, quam Gal. lib. II. Meth. medendi* ἀέρωσιν, ἢ λεπτοποίησιν τοῦ αἵματος, ἢ εἰς ἀτμοὺς λύσιν *appellari posse scribit: ne si spiritus nomen ad id quod actionum animæ præcipuum instrumentum est traducatur, summos philosophos absurdarum opinionum authores faciamus. Hoc ne quis Aristot. & Theophrast. de suo sensu depromere existimet, consulat Hippoc. librum de flatibus & lib. 1. de morbis, vbi intelliget vi caloris sanguinem & humores resoluentis, vt in acutis febribus fit, nonnunquam vapores in corporis superficiem attolli, qui occursu cutis resistentis coquuntur, atque sudoris specie excernuntur: non aliter quàm ex aquis quæ in ollis subditis ignibus efferuescunt, vapor in altum sublatus concrescit, si quid solidum opponitur. Quoniam verò Aristoteles & Theophr. de humoris qui excernitur natura non satis definitè loquuti videntur, si quis eam sibi integrè explicari cupiet, legat Gal. lib. I de facult. natur. sub finem, lib. 1. de sanit. tuenda cap. 12. librum*

10. de simpl. medicam. facult. lib. de atra bile, & côm. in hist. 5. particul. sect. 1. lib. 3. Epidem. Ex iis enim locis intelliget excrementum tenue & seorsum, ex eo succo qui in partium substantiam concessit secretum, quod ante transmittendi alimenti fuit instrumētum (vnde ab Hippocr. extremo lib. de alimento τροφῆς ὄχημα *nominatur) quale est illud quod ex venis & arteriis in vesicam influit, quod vrinæ nomen habet, sudoris materiam existere.*

ἐν τῇ προσφύσει τῆς σαρκός.] *Sic restitui cùm antea legeretur* πρὸς φύσιν, *Aristotelis authoritate adductus qui probl. 3. sect. 2. eandem quæstionis propositæ rationem reddit his verbis.* ἢ διότι γίνεται ὑπὸ κινήσεως καὶ θερμότητος ἀποκρινούσης ὅσον ἀλλότριον ἔνεστιν ἐν τῇ προσφύσει τῆς τροφῆς πρὸς αἷμα καὶ τὰς σάρκας; *Id est, quia excitatur motu atque calore secernente quicquid alienum est, dum alimentum sanguini & carnibus applicatur? Cæterum rationis huius confirmatio petenda est ex lib. 2. Meteor. cap. 2. & 3. Aristoteles enim causam exquirens quæ efficit vt mare sit salsum, id fieri tandem concludit per exhalationis aridæ & siccæ admistionem, & vaporosæ secretionem, vt rectissimè obseruauit Iul. Scaliger exerc. 51. in Hierony. Cardanum. Cùm verò exhalationis aridæ & siccæ materiam de terra quæ mari subiecta est excitari vellet, non à Sole tantum, verùm etiam virtute spiritus calidi qui terræ visceribus est conclusus, eámque vaporosæ admistam in nubem cogi, rursúsque vna cum pluuia refundi ordine quodam sempiterno: vaporosæ autem secretionem fieri, dum ea aquæ portio quæ potui apta est & dulcis, leuitate omnis in sublime fertur, vtriusque rei exempla ex vrina & sudore deduxit, in quibus salsum saporem tum propter admistionem, tum propter secretionem, fieri docuit. Ac admistionem quidem ex eorum esse numero à quibus salsus sapor gignitur his verbis ostendit.* φανερὸν δὴ διὰ πολλῶν σημείων ὅτι γίγνεται τοιοῦτος ὁ χυμὸς διὰ σύμμιξίν τινα. ἔν τε γὰρ τοῖς σώμασι τὸ ἀπεπτότατον ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴπομεν. ἀπεπτότατον γὰρ τὸ περίττωμα τῆς ὑγρᾶς τροφῆς· τοιαύτη δὲ πᾶσα μὲν ἡ ὑπόστασις, μάλιστα δὲ ἡ εἰς τὴν κύστιν. σημεῖον δ' ὅτι λεπτοτάτη ἐστὶ, τὰ δὲ πεπτόμενα πάντα συνίστασθαι πέφυκεν. ἔπειτα ὁ ἱδρὼς ἐν οἷς τὸ αὐτὸ σῶμα συνεκκρίνεται ὃ ποιεῖ τὸν χυμὸν τοῦτον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς κεκαυμένοις. ὃ γὰρ ἂν μὴ κρατήσῃ τὸ θερμὸν, ἐν μὲν τοῖς σώμασι γίνεται περίττωσις, ἐν δὲ τοῖς κεκαυμένοις τέφρα. *Id est, Multis equidem argumentis perspici licet, hunc talem saporem ex admistione quadam*

euenire. Primum enim in corporibus quod maximè incoctum est & crudum, id salso amaróque sapore præditum est, quemadmodum etiam diximus. Alimenti enim humidi reliquiæ incoctæ sunt & crudæ maximè, qualis est cùm omnis materia quæ subsidet, tum ea maximè quæ in vesicam delabitur: Idq; hinc intelligi potest, quod tenuitate præstat, cùm ea omnia quæ concocta sunt craßiora fiant, atque cogantur: Deinde verò sudor, in quibus ea materia quæ hunc saporem parit, vnà depellitur. Quod etiam in ijs rebus quæ comburuntur animaduertitur. Cùm enim calor non superat, tum in corporibus excrementa nascuntur, in ijs autem quæ exuruntur cinis. Secretioni autem in ijs causis quæ salsum saporem gignunt locum esse hac oratione confirmat. ὃν μὲν ὁρῶμεν κατέχουσαν τόπον τὴν θάλατταν, οὗτος οὗτος οὐκ ἔστι θαλάττης, ἀλλὰ μᾶλλον ὕδατος. φαίνεται δὲ θαλάττης, ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν ὑπομένει διὰ τὸ βάρος, τὸ δὲ γλυκὺ καὶ πότιμον ἀνάγεται διὰ τὴν κουφότητα, καθάπερ ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι. καὶ γὰρ ἐν τούτοις τῆς τροφῆς εἰσελθούσης γλυκείας, ἡ τῆς ὑγρᾶς τροφῆς ὑπόστασις, καὶ τὸ περίττωμα φαίνεται πικρὸν ὄν, καὶ ἁλμυρόν. τὸ γὰρ γλυκὺ, καὶ πότιμον ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἑλκυσθὲν εἰς τὰς σάρκας, καὶ τὴν ἄλλην σύστασιν ἦλθε τῶν μερῶν, ὡς ἕκαστον πέφυκεν. *I. Quem locum mare tenere cernimus, is non est maris, sed aquæ potius. Maris autem videtur esse, propterea quod salsa suo pondere substernitur, dulcis verò leuitate superiora capeßit & obtinet, quemadmodum in corporibus animantium. In ijs enim cùm dulce alimentum intrauit, humidi cibi reliquiæ amaræ & salsæ videntur. Quod enim dulce est, id ab insito calore tractum & collectum in carnes, aliámque partium compositionem, pro cuiusque natura venire solet. Istud ipsum ante Aristot. scripsit Hippoc. lib. de aëre, aquis & locis, quem breuitatis gratia studioso lectori legendum relinquo. Quoniam verò dubitari potest, num sudor, & vrina, aliquid admistum habeant, quòd substantia quadam tenui & aquea constare videantur, ne quis dubitationi locus sit, meminisse nos oportet, saporem omnem in humidi & sicci admistione positum esse, vt tradit Aristot. cap. 4. lib. de sensu, & Theoph. cap. 1. lib. 6. de causis plantarum, & cap. 3. lib. eiusdem: sed hòc à cæteris salsum differre, quod siccum, cuius admistione nascitur, coctum non sit, nec caloris vi superatum: humidum verò solum neque salsum saporem, neque amarum, neque vllum alium comitem habere: proindéque vrinam & sudorem,*

quamuis solo humore constare videantur, necessario tamen aliquid sicci admistum habere, quod quia concoctum non est, vtrumque salsum efficit. Ac istud quidem tum in vrinariis vasis subsidere cernitur, tum cuti adhærescere, nisi optimè linteo detergeatur: eodem plane modo quo iis qui in mari lauantur accidit, vt cùm resiccatum fuerit corpus sordibus quibusdam inquinatum videatur, propter siccum terreum quod in se continet, vt docet Arist. locis citatis, & sect. 23. probl. cui subscribit Plutarch. sympos. quæst. decadis, 1. quæst. 9. & Macrob. Saturn. lib. 7. cap. 13. vbi Homerum, velut arcanorum naturæ scientissimum, testem adducunt. Nam apud eum Vlysses Odiss. lib. 6. post naufragium obuius factus Nausicaæ cum aliquot ancillis propter littus ambulanti, post sermones varios cum Nausicaa habitos, huius iussu ab ancillis ad fluuium lauandi causa deductus, coram virginibus lauari nolens, has ita alloquitur.

Ἀμφίπολοι, στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν, ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς
Ἅλμην ὤμοιιν ἀπολούσομαι.
Ergo procul, famulæ, procul hinc abscedite, donec
Ipse salis maculas humeris squallentibus amne
Eluëro.——

Deinde verò postquam in fluuium descendit.

Αὐτὰρ ὁ ἐκ ποταμοῦ χρόα νίζετο δῖος Ὀδυσσεὺς
Ἅλμην, ἥ οἱ νῶτα καὶ εὐρέας ἄμπεχεν ὤμους.
Ἐκ κεφαλῆς δ' ἔσμηχεν ἁλὸς χνόον ἀτρυγέτοιο.
Protinus amne salem liquido diuinus Vlysses
Eluit, huic humeros fœdantem, & terga, capútque
Obductum abstersit sterilis lanugine ponti.

συνεχὲς μετὰ ὅσων ἧττον.] *Cùm antea locus hic ita legeretur,* συνεχὲς ἧττον ἢ τοῦ πνεύματος *&c. voces has* μετὰ ὅσων *interieci atque pro* ἢ *scripsi* ἧ*, quòd lectio hæc ad absolutionem sententiæ mihi necessaria maximè videretur: Item* ἄφαντος *reposui pro* ἄφατος*, quia hic de transpiratione quæ per cutem fit sermo est: quam Gal.* ἄδηλον

αἰσθήσει διαπνοὴν vbique appellat, 1. transpirationem sensum latentem, quam vox ἄρατος significare non potest.

τὸ μὲν ἁλμυρὸν ἄπεπτον.] verba illa τὸ μὲν ἁλμυρὸν in eorum locum quæ perierant ante ἄπεπτον sufficienda existimaui, ijs adductus quæ nuper ex Arist. lib. 2. Meteor. disputaui: vbi ostensum est salsum saporem, qui vrinæ & sudoris comes est, ex ea alimenti portione proficisci, quæ cùm à gemino calore victa non sit, alieni caloris vestigia retinet.

οὗτος δὲ μᾶλλον.] vulgata lectio sic habet οὗτος δὲ μᾶλλον τῇ προσφύσει δόξειεν, οὐκ ἂν τοῦ ἀλυσίου ἡ ἔκκρισις εἴη. Ex quibus verbis cùm sensum nullum eruere possem, qui rei de qua agitur conueniret, contextum integrum quodammodo futurum putaui, si eo modo quo emendaui legeretur. Hic enim suspicor quandam esse προκατάληψιν, cuius solutio contineatur verbis illis τὸ δ᾽ ἁλμυρὸν πάλιν ἀλλότριον: quanquam (vt verum fatear) mihi non satisfacit emendatio hæc. Sed aliter restituere in presentia concessum non fuit, quòd desint ea quibus rei hoc loco propositæ ratio continebatur, quæ sequi oportuit verba illa, ὑπὲρ μὲν οὖν σκεπτέον. Quæ enim sequuntur ad salsedinem nullo pacto pertinent.

Ἀκόλουθον δὲ πῶς τούτων αἰτίας εἰπεῖν, καὶ σχεδὸν τῆς αὐτῆς, καὶ ὅτι ὁ μὲν κακώδης, ὁ δ᾽ ἄνοσμος, ἐνίοις δὲ ὀξὺς τῇ ὀσμῇ, καὶ ἄλλοι δὲ τρόποι τῆς κακωδίας ἄπλονται. καὶ γὰρ ταῦτα, ὡς γένει λαβεῖν, ἀπεψία. τῆς δ᾽ ἀπεψίας, ὅτε μὲν ἀκαθαρσία τῆς κοιλίας, ὅτε δ᾽ ὅλως καχεξία τὶς αἰτία, πολλάκις δὲ καὶ βρωμάτων τινὲς προσφοραί. καὶ γὰρ ταῦτα ποιεῖ τινὰ δυσωδίαν, ὥσπερ καὶ τὸ πήγανόν φασι. τάχα δὴ ταῦτα μὲν ὡς συμβαλλόμενα θετέον, τὴν δ᾽ αἰτίαν τοῖς πρότερον ἀποδοτέον, καὶ τι ἂν τῇ ὅλῃ τοῦ σώματος κράσει. πολλοὶ γὰρ τῶν γυμναζομένων, καὶ δοκούντων εὖ ἔχειν, βαρεῖς καὶ κακώδεις τοῖς ἱδρῶσιν.

ἐπὶ ὅτι γὲ τῇ καχεξίᾳ πολλαχόθεν, φανερὸν ἐκ τὲ τῶν καμνόντων, καὶ ἐκ τὲ τῶν ἀφροδισιαζόντων, πλείω ἕξιν ἐχόντων ἤδη, καὶ τῶν θεραπευτῶν ἤδη ὅλως.

Cæterùm causæ cuius vi hæc fiunt consequẽs quodammodo est, proximéq; cum ea cohæret, quod odoris fœditatem alius adiunctam habeat, alius odoris omnis expers sit, quidam odorem acidum expiret, denique, quod odoris mali reliquæ species sudorem attingant. Hæ enim, vt in genere dicam, sunt ea ipsa cruditas. Cruditatis autem efficiens est nonnunquam alui impuritas, nonnunquam verò mala quædam corporis habitudo, sæpe etiam qualitas quædam ex cibo & potu profecta. Nam & hi fœtoris alicuius authores sunt: qualem vim in ruta inesse testantur. Sed fortasse de his ita statuendum est, vt quoddam quasi adiumentum afferant, superiorum autem causa in vniuersi corporis temperiem præcipuè conferenda sit. Nam & permulti qui corpus exercent, bonáque corporis habitudine præditi sunt, graui & malè olente sudore diffluunt. Quod autem ex mala corporis habitudine idip-

ſum plerumque accidat, partim ex iis qui aduerſa valetudine tentantur perſpicuum eſt, partim ex iis qui rebus venereis vtuntur, quamuis habitiores ſint, partim, vt omnino dicam, ex ipſis etiam gymnaſij miniſtris.

καὶ γὰρ ταῦτα.] *Ariſtoteles quæ mali ſunt odoris talia eſſe putat, quia incocta ſint. Nam probl. 13. ſect. 4. ideo corpora cum ad pubertatis annos peruenerint, grauem odorem ſpirare ſcribit, quia dum ſemen emittitur, quod quanquam mole exiguum eſt, efficientia tamen maximum, calor quoque qui in ſemine continetur, foras vnà erumpit. Propterea initio probl. citati hæc ſcripſit.* ἢ ὅτι τὰ ἄπεπτα τούς τε χυμοὺς ἀεὶ χείρους ἔχει, ἢ γὰρ ὀξυτέρους ἢ ἁλμυροτέρους, ἢ πικροτέρους. καὶ τὰς ὀσμὰς δυσωδεστέρας. τὰ δὲ πεπεμμένα, ἢ γλυκεῖς, ἢ ἧττον ἀγλευκεῖς, καὶ τὰς ὀσμὰς εὐωδεστέρας, ἢ ἧττον δυσώδεις. *I. An quoniam quæ incocta ſunt & cruda, ſapores obtinẽt deteriores? aut enim acidiores, aut ſalſiores, aut amariores: odores quoque fœtidiores emittunt. Quæ verò concocta ſunt, aut dulces, aut certè dulcis minùs expertes ſapores habent, odores quoq; ſuauiores, aut certè minùs inſuaues. Idem probl. 4. ſect. 13. cauſam exquirens quæ efficit vt nullũ animal ſuauiter oleat, excepta Panthera (quod ipſum ſcriptũ reliquit Plinius lib. 21. cap. 7. & Ælianus lib. 5. de hiſtor. animal. cap. 40.) inter cætera hæc ſcripſit.* πότερον ὅτι τῆς δυσωδίας αἴτιον ἀπεψία τοῦ περιττώματος; διὸ καὶ οἱ ἱδρῶτες ἐνίοις, καὶ ἐνίοτε τοιοῦτοι εἰσὶ, μάλιστα δ' οἷς μὴ ἀεὶ, τοιοῦτοι ἐκ τῶν νόσων γίνονται. *I. Vtrum quoniam mali odoris cauſa eſt excrementorum quædam cruditas? hinc enim ſudores nonnullis tales erumpunt. Quibus verò tales non ſemper feruntur, ex morbo potiſſimum gignuntur. Ariſt. magiſtri ſententiam hic ſequitur Theophr. vti cap. 21. lib. 6. de cauſis plantarum, & initio lib. de odoribus: quem imitatus eſt Plutarchus ſympoſ. quæſt. dec. 1. quæſt. 6. vbi ſuauis odoris cauſam, quem ex Alexandri magni corpore efflari memoriæ proditum eſt, caloris robori acceptam refert. Deinde verò ſubiungit.* διὸ καὶ τῆς οἰκουμένης οἱ ξηρότατοι καὶ θερμότατοι τό-

τοι, τὴν τε κασσίαν, καὶ τὸν λιβανωτὸν ἐκφέρουσι· πέψει γάρ τινι τῶν ὑγρῶν ὁ Θεόφραστός φησιν ἐπιγίνεσθαι τὴν εὐωδίαν, ὅταν ἐξαιρεθῇ τὸ βλαβερὸν ὑγρὸν ὑπὸ θερμότητος. *I. Ex eo fit vt orbis siccißima quæq; & calidißima loca Casiam & Thus ferant. Nam humorum coctioni Theophr. ait superuenire suauitatẽ, cùm sublatus est vi caloris humor noxius. Sed hæc absque distinctione accipienda non sunt. Nam cum incocta appellentur, tum ea quæ à calore victa non sunt, tum ea quæ vehementioris caloris vim experta sunt: sudores odorem prauum spirantes ex cruditate fieri dicemus, quantum quidem alieni caloris vehementiæ notas referunt. Quod ne de meo sensu depromptum videatur, vnius Iul. Scaligeri, velut honorarij cuiusdam arbitri, authoritatem interponam, qui exercit. 198. in Hierony. Cardanum ita de ea re statuit. De excrementorum fœtore, an à cruditate fiat alibi disputatum est. Nam crudorum humorum superfluas reliquias, vel liquidas, vel alias, non male olere verum est, Immò verò vix olere. Quibus mortalibus impensius fit concoctio, eorum fastidiosa sunt excrementa: & fructus acerbi nihil, maturi benè, putridi male olent, non quia non sunt cocti hi, sed quia extincta, aut superata, mediocri coctione, vlteriore opera calor intensus addidit id, quod supra odorem illum erat.*

ὅλῃ τοῦ σώματος κράσει.] *Duo sunt quibus accepta feruntur omnia quæ in animantibus fiunt atque geruntur, forma, atque temperies. Forma enim est principiũ mouens, à quo vnaquæque corporis pars habet esse id quod est: temperies verò affectio quædam ex mutua primarum quatuor qualitatum actione & paßione nata, per quam vnaquæq; pars tota sibi vtique similis est &* μονοειδής. *Quod cùm ex multis Aristot. locis intelligere licet, tum verò ex lib. 2. de gener. animalium cap. 1. vbi sic inquit.* σκληρὰ μὲν οὖν καὶ μαλακὰ, καὶ γλίσχρα. καὶ κραῦρα, καὶ ὅσα ἄλλα πάθη ὑπάρχει τοῖς ἐμψύχοις μορίοις, θερμότης καὶ ψυχρότης ποιήσειεν ἄν. τὸν δὲ λόγον ᾧ ἤδη τὸ μὲν σάρξ τὸ δὲ ὀστοῦν, οὐκέτι. ἀλλ' ἡ κίνησις ἡ ὑπὸ τοῦ γεννήσαντος, τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος, ὅ ἐστι δυνάμει ἐξ οὗ γίνεται. *I. Dura igitur, mollia, lenta, rigida, & quicunque alij affectus partibus animatis insunt, à calore & frigore proficiscuntur: at ratio qua illud caro est, hoc autem os, nullo pacto: sed motus qui ab eo quod genuit profectus est, quod inquam, actu est id, quod potentia est id ex quo gignitur. Quibus subiungit exemplum deductum ex ijs rebus*

quæ artis opem desiderant, qualis est ensis. Quòd enim sit ensis ab arte habet, quod verò ferrum, aut chalybs, vnde fit, durum vel molle sit, à calore, vel frigore. Nulla enim qualitatum quæ nobis notæ sunt potest esse opifex ordinis, situs, numeri, figuræ, & reliquarum rerum eiusmodi: At secretionis instrumentum tantum, aut concretionis, densitatis aut raritatis, extensionis aut contractionis, cohæsionis aut disiunctionis, asperitatis aut læuitatis, duritiei aut mollitudinis, viscіditatis aut ariditatis, aut aliarum talium rerum, quæ similaribus partibus creandis apparata sunt à natura. Quare cùm Gal. lib. 1. de vsu partium cap. 9 ait à temperamento vnicuique parti tributum esse vt sit id quod est, veluti carni vt sit caro, ossi vt sit os, neruo vt sit neruus, & ita in cæteris, sic ego interpretor, vt velut materiam qualitatibus certo modo inter se temperatis instructam, ad carnis, ossis & nerui generationem conuenisse: At quod à qualitatibus illis, materiam comitantibus, partes illæ propriam & peculiarem formam acceperint, nequaquam. Qualitatum autem illarum temperatio, à quibus partes similares id habent vt similares sint, actionum quæ ab iis partibus, quatenus tales sunt, proficiscuntur causa esse statuitur à Gal. cap. 9. lib. 2. de facult. natural. Verùm id ita accipiendum est, vt hæc quia, velut instrumentum primum atque præcipuum, ad actiones obeundas maximè necessaria est, actionum causa esse dicatur: forma autem vna, primaria atque efficiens causa statuatur. Nam (verbi gratia) ex cibo chylum conficit ventriculus facultatis χυλοποιητικῆς adminiculo, quam ex propria forma habet, caloris autem sibi insiti adiumenta desiderat, sine quibus chylosis nulla fieri potest. Caloris verò ventriculo, pro rata sui portione, insiti modus, temperies est ventriculi. Qui si ab naturæ suæ regula non discesserit, vix quicquam alieni in corpore succrescit: sin contrà, humorum impuritate & corruptela deprauatur, quam in vniuersum corpus fere diffundit. Idem est de hepate iudicium, idem de vniuerso corpore, quæ impuros humores, quos sponte sua genuerint, partim in sese reponunt, partim in ventriculum refundunt, vnde odorum qui ex corpore efflantur grauitas, de qua hoc loco disserit Theophrastus. Perpetuam huius de ea re sententiam fuisse testatur locus alius qui lib. de odoribus scriptus legitur his verbis. αἱ δὲ τῶν ζώων ὀσμαὶ, κατὰ τὰς ἰδίας γίνονται φύσεις. ἑκάστῳ γὰρ ἐστί τις οἰκεία κατὰ τὴν κρᾶσιν. αὗται δὴ λεῖαι μὲν καὶ καθαραὶ,

καὶ κατὰ τὰς ἀκμὰς καὶ ὅταν εὖ ἔχωσιν ἑαυτῶν. ἔτι δ' ἥδιους ἁπαλῶν καὶ νέων ὄντων. πλεῖσται δὲ καὶ κακωδέσταται, περὶ τὰς ὀχείας, καὶ ὅλως συντηκομένων, καὶ καμνόντων σωμάτων. I. *At verò animantibus odores pro sua cuique natura attributi sunt. Nam suus cuique est pro temperamento. Iucundus quidem est, & syncerus, in ætatis vigore, & optima corporis habitudine, suauior etiam in tenera ineuntéque ætatula, acerrimus verò idémque virosissimus initus tēpore, atque omnino tabescentibus, ægrisque corporibus.*

καὶ τῶν θεραπευτῶν.] *Omni exercitationi quæ probè peragitur sua est* ἀποθεραπεία, *quam si Latinè nominare placet, recuratoriam dicere licebit. hæc duplici consilio suscipitur: nempe vt excrementa quæcunque excalfacta & extenuata per exercitationē in corpore adhuc manent, prorsus eiiciantur, & corpus à lassitudine tutum reddatur, vt docet Gal. cap. 2. lib. 3. de sanitate tuenda. Excrementa verò eiiciuntur partim frictionibus cuique corpori conuenientibus, partim etiam ipsarum quæ fricantur partium tensione, & spiritus cohibitione. Lassitudo autem tollitur, tum frictione, tum vnctione ex oleo, tum etiam balneo, cui in Apotheraphiâ non minimam vim esse scribit Gal. cap. 4. eiusdem libri. Huiusmodi muneribus obeundis destinati olim erant (his enim temporibus earum rerum vsus ferè perijt) quos* τῶν θεραπευτῶν *nomine hoc loco designat Theophrastus: quos inter eos quibus graues sudores erumpunt recenseri puto, quòd cùm in locis calidis, & ad sudorem ciendum comparatis assiduè versarentur, nec tamen huius detergendi potestas esset, sudorem suppressum cutis meatibus obductum, excrementorum corporis effluuium prohibere necesse esset, indéque cachexiam quandam contrahi, ob quam sudores graues erumperent. Id si minùs cuipiam probabitur, intelligat si velit vocem hanc de ijs qui ægrotis præsto sunt, & eorum curam gerunt, quoniam ex quotidiana cum ægris consuetudine, cachexiam quandam contrahi consentaneum est.*

Ἄτοπον δ' ἂν δόξειε τούτοις εἶναι, καὶ ἐναντίωσιν τινὰ ἔχων πρὸς ταῦτα, καὶ πρὸς τὸ καθόλου λεχθὲν, ὅτι οἱ περὶ ἥβην μάλιστα κακώδεις τοῖς ἱδρῶσι, περιϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἧττον, καὶ οἱ γέροντες οὐ-

δαμῶς. ἀλλ᾽ ἡ βαρύτης τοῦ στόματος, καί τοι πεπληκωτάτη ἡ ἡλικία τῶν ἐν ἥβῃ (σημεῖον δὲ τὸ τῆς αὐξήσεως) ἡ δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἧττον, τὴν δ᾽ ἤδη γερόντων οὐ μὴν παντελῶς. αἴτιον δ᾽ ὅτι πρὸς τὰ ἀφροδίσια μάλιστα ἐνορμὴ τῶν ἐν ἥβῃ, καὶ τῶν πόρων ἄνοιξις, καὶ μεταβολή. πάντα δὲ ταῦτα σύνεργα πρὸς κακωδίαν. ἡ δὲ τῶν πρεσβυτέρων οἷα τις ἕξις καὶ μένουσα. ἡ δὲ τῶν γερόντων διὰ μανότητα, καὶ εὔπνοιαν. διὸ καὶ οὔτε περιττωματικὴ, ἅμα δὲ καὶ εὔπνουν ποιεῖ τὸ σῶμα, καὶ ἀπερίττωτον, καὶ οὐδὲν ἐργάζεται τοιοῦτον ἀφ᾽ οὗ γίγνοιτ᾽ ἂν τὸ κακῶδες. ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τῆς κεφαλῆς λογισμὸς, ἢ οὐκ ὄζει, ἢ ἧττόν γε τῶν τε τοῦ σώματος, ὅτι εὔπνους ἡ κεφαλή. δηλοῖ δ᾽ ἡ τῶν τριχῶν ἔκφυσις ταύτης τὴν μανότητα. δυσώδης δ᾽ ὁ τόπος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, ᾧ ἂν μὴ εὔπνοια. σήπεται γάρ. ἡ δὲ κακωδία σῆψις τίς. διὸ ἐκ τῶν μασχάλων ἱδρὼς, καὶ ὅλως ὁ ἐκ τῶν κοιλῶν κακωδέστατος, καί τοι μανοί γε οἱ τόποι. ἀλλ᾽ ἡ κατάπνιξις καὶ κοιλία ποιεῖ τὴν κακωδίαν. ταῦτο δὲ πέπονθεν ὁ τόπος ὁ τοιοῦτος, καὶ ὅλως τὸ σῶμα, πρὸς τὴν κακωδίαν. ἀπεψία γὰρ κἀκεῖ γίγνεται. τὴν δὲ διὰ τὸ πήγανον κακωδίαν, καὶ ὑπὸ μύρων ἐνίων, ὅταν ἀναδίδωσιν (καὶ γὰρ τοῦτο συμβαίνει) λεκτέον ὑπὲρ ὧν.

At verò abſonum quiddam in his ineſſe fortaſſe videbitur, eíque quod vniuerſè

dictum est quodammodo repugnans, pubertatis tempore sudores fœtidos potissimùm erumpere, ætate verò progrediente minùs, senescente autem nullo pacto, sed solam corporis grauitatem molestam esse, quamuis puberum ætas ad concoquendum maxime idonea sit (id autem ex corporis incremento colligere licet) grandiorum verò minus, senum autem minimè omnino. Verùm huius rei ratio ex eo repetenda, quòd puberes in venerem impetu maximè feruntur, per eámque ætatem, corporis meatus patentiores fieri, omniúmque mutationem maximam incidere cernimus. Omnia verò ista graueolentiam adiuuant. Ætate autem prouectiores odoris fœditatem non habent, quòd quodam quasi habitu comparato, perpetuam in vno statu permansionem habent. Qui verò affecta sunt ætate, ob raritatem, & perspirationem facilem, huius expertes sunt. Qua ex re efficitur, vt excrementis hęc ætas abũdet minùs, simul etiam corpori odoris iucunditatem conciliet, ídque superuacaneis humoribus redundare non patiatur, nec tale aliquid pariat, vt ex eo fœd⁹ odor

existere

existere posſit. Maximo ad eam rem argumento esſe poteſt caput, quod quidem ingratum odorem non ſpirat, aut certè minus quàm reliquæ corporis partes, quoniam facilem & expeditam aſpirationem habet. Huius verò raritatem oſtendit pilorum exitus. Omnis quippe locus, omnéque id quod in ipſo eſt, graueolens eſt, quum perſpiratione caret. Putredinem enim contrahit: odoris verò fœditas putredo quædam eſt. Hinc enim qui in axillis colligitur ſudor omnium maximè putidus exiſtit, omninóque qui ex cauitatibus erumpit, quanquam rari ſint ij loci: ſed ſpiritus ſuffocatio, locíque cauitas, odoris grauitatem pariunt. Idipſum verò patitur quiſquis eſt locus eiuſmodi: omninóque, quodcunque corpus tale eſt, ad grauitatem comparandam aptum eſt. Illic enim etiam eſt cruditas. Fœtoris autem qui ex ruta, & nonnullis vnguentis cùm inducuntur effertur (id enim etiam vſuuenit) inde repetenda ratio eſt.

διὸ καὶ οὔτε [illegible].] *Cùm quæſitum ſit antea quam ob cauſam ex puberum corporibus fœtidi odoris ſudores erumpant, cum tamen inter cæteras ætates alimentum bellè conficiant; quum*

verò sudores nullum fœtorem comitem habeant, quamuis ob caloris inopiam peßimè concoquant: sublata dubitatione quam puberum fœtor attulit, vt reliquam etiam tollat, in raritatem & per flatum facilem sudoris inodori qui è senum corporibus erumpit causam reijcit, Aristotelem sequutus, qui probl. 4. sect. 10. senes cum ædificiis confert, quæ rimis dehiscunt. Eo enim loco quærit cur pueri & mulieres vitiligine minùs tententur quàm viri: & ex mulieribus, quæ annosæ sunt magis in eum affectum incidant, quàm reliquæ. Atq; vt posteriori quæstioni satisfaciat sic scribit. τὰ δὲ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τὰ τῶν γραῶν (sub. σώματα) εὔπνοα. μόνα γὰρ ὥσπερ τὰ παλαιὰ οἰκοδομήματα, διεστῶσαν ἔχει τὴν σύνθεσιν τῶν μορίων. I. Quæ autem corpora ætate multùm processerint, aut consenuerint, optimè spirant. Sola enim ædium antiquarum more, structuram suarum partium laxiorem habent. Quamobrem ne quid intentatum relinquerem, quod ad huius loci sanationem faceret, pro verbis istis quæ in vulgatis exemplaribus habentur διὸ καὶ ὅτε περιττωματική, ἅμα δὲ καὶ ὕπνουν * ἀπερίττωτον καὶ οὐδ᾽ * ἔστι τοιοῦτον ἀφ᾽ οὗ γίγνοιτ᾽ ἂν τὸ κακῶδες, tum Aristot. authoritate, tum vestigijs quæ restant adductus, ea quæ in contextu leguntur substituenda putaui. Si quis erit qui sagaciore ingenio fretus aliquid ad rem accommodatum magis coniectura assequi poßit, hunc benignè accipiam. Cæterùm vt ingenuè dicam quid mihi de Aristot. & Theophr. sententia videatur, vix adduci possum, vt credam raritatem corporis efficere ne senes sudores male olentes profundant. Etenim verißimum est illud, nostræ generationis primordia, à paruis initijs eo tandem progredi, vt omnibus corporis partibus suprà modum siccescentibus, non solum quoque officium minùs probe expleant, sed etiam corpus ipsum macilentius, gracilius, sicciúsque quàm ante reddatur, proindéque rugosum magis: quibus effici videtur, vt raritatis particeps nequaquam esse poßit. Quod Galenum impulit, vt libri de optima secta cap. 26. pueris raritatem natura insitam esse scriberet, senibus, contrà ab externa vi inesse. Quod si senum corpora rara appellari putet aliquis, quia cum affecta ætate extenuetur corpus, laxum efficiatur (extenuatio enim, inquit Hippoc. lib. 6. de Epidem. sect. 3. part. 29. cutem laxat) ne id quidem pro Aristotele facere potest, quia huiusmodi cutis laxitas excrementorum effluuium non promouet: Immò verò si perseueret, vt certè ætate semper ad

extremum vitæ diem properante perseuerat, cutis magis magísque sicca euadit, magísque contrahitur, vt in febre marasmode accidere annotauit Gal. cōm. in eum locum. Verùm si senum sudores male olentes non sunt, tales ex eo esse potiùs existimauerim, quòd in senectute calor & humor ad suscitandam putredinem (quæ mali odoris parens est) non conspirent, cum solidarum partium temperamento frigida sit & sicca, vt docuit Gal. lib. 2. de temper. cap. 3.

ἢ οὐκ ὄζοι.] *Verba hæc in reliquis exemplaribus desiderantur post vocem* λογισμὸς *quæ ex probl. 6. sect. 2. probl. Aristot. in hunc locum transtuli, vt sententia constaret.*

καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ὧ ἂν μὴ ἔυπνοια.] *Ita emendaui, cùm antea legeretur* καὶ τὰ ἐν αὐτοῦς ὡς ἂν μὴ ἔυπνοια. *Ita enim legendum esse sermonis consonantia postulat: cuius explicatio pluribus verbis habetur apud Aristot. probl. 52. sect. 1. & apud Gal. lib. de caus. morborum cap. 2. lib. 1. de different. febrium cap. 3. lib. de cur. ratione per sang. mißionem cap. 5. & innumeris aliis locis in quibus docet ad putredinem opportuna esse quæcnuque calida cùm sint & humida in loco calido clausa tenentur, & transpiratione carent. Quos designasse satis pro re præsenti fuerit.*

τὴν δὲ διὰ τὸ πνιγανον.] *Rationem huius rei repete ex probl. 13. sect. 2. & probl. 11. sect. 13. probl. Arist.*

γίγνεται δὲ καὶ ὁ μὲν θερμὸς, ὁ δὲ ψυχρὸς ἱδρὼς. ὁ μὲν, ὥσπερ πεπεμμένος, ὁ δ᾽ ἄπεπτος. ἡ δ᾽ ἀπεψία διαφέρει τῆς εἰς τὴν κακωδίαν. αὕτη μὲν γὰρ ἔοικε κακεργασίᾳ τινὶ καὶ μεταβολῇ, οἷα τίς ὑγρότης. ἐκείνη δὲ μεταβολῇ μέν τινι, καὶ ἀλλοιώσει, οὐ φυσικῇ δὲ, οὐδὲ κατακεκρατημένῃ, καθάπερ οὐδὲ τὰ τῆς κοιλίας περιττώματα, δυσώδη. Διότιμος δ᾽ ἔλεγεν ὁ γυμναστὴς ὅτι τρεῖς τινὲς διαφοραὶ τῶν ἱδρώτων εἰσὶν, ἀρχομένων τε καὶ μεσούντων, καὶ ληγόντων. αὗται μὲν οὖν διαφοραὶ

γίγνονται τῇ τε τῶν πόνων ἐπιτάσει, καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀλλοιώσει. δῆλον γάρ, ὅτι ἀπὸ τῆς ἀνομοίας διαθέσεως ἀνόμοιον καὶ τὸ αἴτιον. ἐπεὶ καὶ λεπτότης τις, καὶ παχύτης ἐστὶν ἐν τοῖς ἱδρῶσιν. ὁ μὲν γὰρ ἐπιπόλαιος, καὶ πρῶτος, ὑδατώδης τὶς καὶ λεπτός, ὁ δ' ἐκ βάθους, μᾶλλον βαρύτερος ὥσπερ συντηκομένης τῆς σαρκός. ἤδη δέ τινες φασὶ καὶ αἵματι εἰκάσαι, καθάπερ Μονᾶς ἔλεγεν ὁ ἰατρός. δῆλος ὡς ἐπιπαθεὶς καὶ πλείονος ὑγρότητος ἐκ τῶν φλεβῶν, ἄπεπτος δέ, ὥσπερ ἀνακεχωρισμένης ταύτης. ἐνίοτε γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα γίγνεται ἄπεπτον.

Exiſtit etiam ſudor quidam calidus, quidam etiam frigidus. Ac ille quidem quodammodo concoctus eſt, hic verò incoctus. Verùm cruditas iſta ab ea quæ graueolentiæ author eſt diſſidet: quandoquidem quidam quaſi humor eſſe videtur, ab peruerſa neſcio qua alimenti elaboratione mutationéque profectus: altera autem mutationis certè alicuius & (vt ſic loquar) alterationis ſoboles eſt, non tamen naturalis, neque à calore victæ, qualem in alui excrementis videre licet, quæ viroſi ſunt & fœdi odoris. Diotimus autem gymnaſtes, tres eſſe ſudorum differentias di-

cebát, incipientium nempe, mediorum, & desinentium. Hæ igitur sudorum differentiæ sunt, quæ partim pro exercitationis vehementia, partim pro ea quæ in corpore fit mutatione nascuntur. Certum est enim ex dispositionis inæqualitate causarum inæqualitatem intelligi. Est etiam in sudoribus tenuitas quædam & crassities. Qui enim summa corporis occupat, primúsque erumpit, aqueus quodammodo & tenuis existit: qui verò ex imis corporis partibus emanat, ponderis grauioris particeps est, quippe qui carne quasi liquescente fiat. Sed & referunt nonnulli sudori quandoque cum sanguine similitudinem esse, velut aiebat Monas Medicus. Hunc verò manifestum est extrahi ex copioso venarum humore, eóque crudo, in extimam corporis superficiem quasi secedente. Nonnunquam enim sanguis crudus etiam gignitur.

ὁ δ' ἄπεπτος.] *Hanc Theophrasti de frigidis sudoribus sententiam ab Arist. profectam esse intelligere licet ex probl. 35. sect. 2. vbi sudores idcirco frigidos esse ait, quia calor immensam humoris copiam vincere non potuerit. Id autem intelligendum mihi videtur ex comparatione caloris cum humore, non autem absolutè & simpliciter. Neque enim sudor frigidus copia semper*

exuperat. Exuperare tamen dici potest, si calor vsque adeo infirmus fuerit vt humorē regere non possit, vt fere fit in acutis quibusdā morbis, exhausto calore innato caloris febrilis vehementiâ: in diuturnis verò, ob diuturnum naturæ in humoris contumacia frangenda conatum: de quibus Gal. cōm. ad aph. 37. lib. 4. Aphor. Hippoc.

ὅτι ἀπὸ τῆς ἀνομοίας διαθέσεως.] *Nam dispositiones varias quæ in corporibus inueniantur, variarum causarum quæ sudorum differentias pariunt, in sapore, odore, calore, frigore, crassitie, tenuitate, & id genus reliquis effectrices esse constat.*

καὶ αἵματι εἰκάζει.] *Nullum authorem fide dignum nactus sum, à quo sudorem sanguini similem profundi, nedum sanguineum proditum fuerit, vno Arist. excepto, cuius hæc sunt verba lib. 3. de hist. animal. cap. 19.* γίνεται γὰρ ἰχωροειδὲς (*sub.* αἷμα) καὶ διϊρῦται οὕτως, ὥστε ἤδη τινὲς ἴδιαν αἱματώδη ἱδρῶτα. *I. Sanguis enim humoris aquei & serosi speciem sic gerit, atque adeò diluitur, vt sudore cruento nonnulli exudarint. Cùm verò* τοῦ ἰχῶρος *duplicem originem statuisset lib. 2. de partib. anim. cap. 4. nempe vel imperfectam coctionem, vel corruptelam,* ἰχωροειδὲς αἷμα *appellauit, quod cùm à natura victum non sit, nihil aliud esse videtur quàm serum ipsum, vt propterea id concrescere non posse scripserit lib. 4. Meteorl. cap. 7. idipsum confirmant quæ scripsit lib. 3. de part. animal. cap. 5. dum inquit.* ἤδη δέ τισιν ἱδρῶσαι συνέβη αἱματώδει περιττώματι, διὰ καχεξίαν, τοῦ μὲν σώματος ἐυάδος, καὶ μανοῦ γινομένου, τοῦ δ' αἵματος ἐξυγρανθέντος δι' ἀπεψίαν, ἀδυνατούσης τῆς ἐν τοῖς φλεβίοις θερμότητος πέσσειν δι' ὀλιγότητα. *I. Iam vero ex mala corporis habitudine id nonnullis contigit, vt cruentum quoddam excrementum sudore profunderent, cùm corpus quidem fluxum laxúmque factum fuisset, sanguis verò præ cruditate humidior euasisset, calore qui in venis est ob paucitatem concoquere nequeunte. Huic Arist. sententiæ hoc loco subscribit Theophrastus. Verùm neutrius ratio mihi satis certa & explorata esse videtur. Nam si calor, quia exiguus est, sanguini coquendo sufficere non potest, consequens est, vt neque huic regendo par esse possit. Quod si accidat, hunc minimo temporis momento corrumpi necesse erit. At vbi corruptus fuerit, atque ab optima naturæ regula decesserit, pro ratione humoris qui in cæteros dominium habuerit, ichor alius atque alius per venas diffundetur.*

Est enim suus cuique humori ichor, à quo nomen suum accipit, dum alius biliosus, alius melanchol. nominatur: isq; non solum serosum & tamen humorem supponit, verùm etiam venenatæ & malignæ qualitatis participem, vt docuit Gal. cõm. in sent. 1. sect. 4. lib. de vict. rat. in morbis acutis, & cõm. in sent. 38. sect. 2. lib. 6. Epidem. Ita fit, vt sanguinem ichorosum proprium & genuinum colorem retinere defendi non poßit, aut certe ratio ab Aristot. & Theophr. adducta vim nullam habeat. Ferri fortasse poßit si quis dicat sudores sanguinis colorem referentes erumpere, cùm quis æstiuis ardoribus labores summos sustinet, in quibus sanguinis tenuandi & fundendi vis tanta inesse potest, vt per diapedesim erumpat. Sed hæc erudito lectori iudicanda relinquo.

Ἁπλῶς δὲ τοῦτο γε, ὥσπερ πολλάκις εἴρηται, καὶ ἐπὶ πάντων ἐστὶν ἀληθές, ὅτι κατὰ τὰς ἕξεις τῶν σωμάτων, ἡ ἔκκρισις ἀεὶ τῶν περιττωμάτων γίγνεται. ἐπεὶ διὰ τοῦτο ἔνιοι ὅταν πλείω πονήσωσιν ἕλκη ἔχουσι. διὰ γὰρ τὴν ἀκαθαρσίαν τοῦ σώματος ἡ κίνησις ποσιοῦσα, καὶ θερμαίνουσα, συνεξικμάζει τὰ περιττώματα μετὰ τοῦ ἱδρῶτος ὕπερθεν. ὅτε δὲ παχέα ὄντα, καὶ χυμοὺς ἔχοντα μοχθηρούς, οἷον ὀξεῖς, καὶ ἁλμυρούς, καὶ πικρούς, ἐκκρίνεσθαι μὲν οὐ δύναται διὰ τὸ πάχος, ἐξαίρεται δὲ, καὶ ἐξέλκει τὴν σάρκα, διὰ τὴν πικρότητα τοῦ χυμοῦ. παραπλήσιον δὲ, τρόπον τινὰ, τούτῳ καὶ τὸ περὶ τὴν ψώραν, καὶ τοὺς λειχῆνας, καὶ λέπραν, καὶ ὅλως ὅσα ἐκφύματα γίγνεται. καὶ γὰρ ἐν τούτοις ἀπέπτου τινὸς χυμοῦ, καὶ περιττώματος ἔκκρισις τὸ ἐπιπολῆς ἐστιν,

ὧν πειρῶνται καὶ δὴ κατ' ἄλλον τρόπον ἀντισπῶν-
τας, καὶ ἀντικαθιστάντας, παῦλαν τινὰ ποιεῖν.
ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, καὶ πόσα, καὶ ποῖα, καὶ τί
διαφέροντα αὐτὰ καθ' αὑτά, χρὴ θεωρεῖν. ὅτι
δὲ διὰ καχεξίαν τινὰ καὶ ἡ τῶν τοιούτων ἔκκρισις,
φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. οὐ γὰρ ὅτι τοιαῦτα πά-
νυ προσδεῖται, καὶ τῆς ἔξωθεν κινήσεως, ἀλλὰ τὰ
δι' αὑτῶν διωθεῖται ὑπὸ τῶν κρατούντων. συμ-
βαίνει γὰρ τὰ μὲν τῇ ὥρᾳ κρινόμενα, τὰ δ' ἐν κινή-
σει, καὶ τῇ ἐκ ταύτης θερμότητι, ποιεῖσθαι τὴν ἔκ-
κρισιν, τὰ δ' ἤδη διὰ πλῆθος ἀεὶ αὐτῶν, ἢ τοῦ αἰ-
τίου γέ τι χυλοῦ καθ' ἕκαστον. ὅτι δὲ κινήσεις, καὶ οἱ
πόνοι, ποιοῦσιν ἐνίοις τὰ τοιαῦτα, φανερὸν καὶ ἐκ
τῶν ἐνοδίων καλουμένων, ἃ γίγνεται πολλοῖς ὅταν
εἰς ὁδὸν ἐμπέσωσι. μάλιστα μὲν ἐπὶ τοὺς μεῖον ὁ-
δεύειν εἰωθότας, ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον. ἔτι δ' οἷς
αἱ κνῆμαι περιπίμπρανται. πρὸς ἅπαντα δὲ τοι-
αῦτα συμφέρει τὸ μὴ ἐρεθίζειν μήτε κινεῖν, ἀλλ'
ἐᾶν ἀποκαταστῆναι. συνεγκαλεῖσθαι γὰρ ἐπὶ κι-
νοῦντα τὴν ὁρμήν, ὥσπερ καὶ πρὸς τὰ ἐξαιρόμενα
συμβαίνει. πολλάκις γὰρ διὰ τὴν ἁλμυρίδα τὴν
ἀπὸ τοῦ ἱδρῶτος γινομένην, ὥσπερ χυμῷ τινι κνι-
σμώδει καὶ ἐπάρσεις τινὲς ἰονθώδεις γίνονται, πρὸς ἃς
οὐ συμφέρει τὸ κινεῖν, οὔτε ταύτῃ ποιούμενον τὴν
ἔκκρισιν, οὔτε δριμύτητι χυλῶν, οἷον ὄξει, καὶ
στρυφνῷ, καὶ ἁλυκῷ καταχεῖν πειρώμενον, οὔτε

θερμολουσίας, ἢ ψυχρολουσίας χρώμενον, ἀλλὰ περικαύσει καὶ ἰαρᾷ μὴ πολλῇ. καθίστησι γὰρ αὐτὴν μάλιστα, τ' ἄλλα δ' ἐρεθίζει, καὶ κινεῖ. ταῦτα μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, διὰ καχεξίαν, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἐνίοτε πόνων γίνεται, καὶ γὰρ ἐνταῦθα συμμετρία τίς ἐστι τῆς ἐκκρίσεως, ὥσπερ καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους πόνους. οἱ δ' ἄγαν ἐνδιδόντες τοῦτο ποιοῦσιν, ἑαυτοὺς ὥσπερ συντήκουσι, ὡς Ἀντιφάνης ὁ Δήλιος, καὶ Γελάδας.

Omnino autem atque vniuersè verum illud eſt, vt ſæpe dictum eſt, pro ratione habitudinis corporum reliquias horũ ſemper expelli. Propterea enim nonnullis, vbi plus iuſto corpus exercuerint, vlcera oboriuntur. Nam donec corpus impurum eſt, motio calorem inſitum exſuſcitans ſupernè vnà cum ſudore excrementorum effluuium educit. Nonnunquam verò ea vbi craſſiora ſunt, aut vitioſis humoribus inquinata, velut acidis, ſalſis, amaris, excerni nequeunt ob craſſamentum, verùm in extimum corpus exportantur, carnémque exulcerant, ob amarorem. Simile huic quodammodo eſt, quod in ſcabie, impetigine, lepra, reliquíſque (vt

aducis complectar) quæ in cute apparent tuberculis euenit. Etenim in iis affectibus humoris cuiusdam crudi & excremētitij in extimam corporis superficiem reiectio fit, cuius vim atque impetum aliam in partem auertendo infringere conantur. Verùm vt inter se singula tum quantitate tum qualitate differant considerandum. Talia autem ob malam quandam corporis habitudinem fieri ex iis quæ dicta sunt perspici potest. Non enim ideo erumpunt, quia illis educendis labore opus sit, motionéque aduentitia: sed quoniam dum ista adhibentur, superiora illa ab iis in quibus plus est virium foras pelluntur. Etenim alia tempestatis ratione excerni accidit, nonnulla motu, atque calore, qui ex motu nascitur, quædam ob perpetuam exuperantiam, aut quiddam aliud quod in quolibet humore vim causæ obtinet. Ac certè motus atque labores in quibusdam talia promouere ex iis quæ Enodia nominantur constare potest, quæ plurimis eueniunt, vbi se viæ commiserint: præcipuè verò iis quibus illud minùs consuetum sit, atque adeò magis assuefactis. Quidam e-

tiam existunt quibus crura inflammantur. Conducit autem in omnibus huius generis affectibus neque latentem humorem lacessere, neque quicquam mouere, sed sinere vt ad pristinum statum reditus fiat: quandoquidem dum humorem quis mouet, ipsius furentem impetum impellit: quod etiam faciunt ea quæ in superficiem corporis efferunt. Sæpe etenim salsuginis vi, quæ vnà cum sudore effertur, ex humore pruritum excitante, extuberationes quædam varos referentes erumpunt, propter quas motu interdicere vtilissimum, neque vt eo modo secedant contendere decet, neque alimentorum acrium & vehementium vsu, velut acidorum, acerborum, salsorum, vt retineantur committere, sed fomenti calidi tepore modico vndique excalfacere. Hoc enim superiora omnia potissimùm sistit, reliqua verò irritant atque commouent. Eorum igitur causa (vt antè dictum est) ad malam corporis habitudinem, nonnunquam etiam ad exercitationem iusto maiorem est referenda. Per eam enim excretionis modum seruari decet, quemadmodum

per reliquos labores. Qui verò sibi nimium indulgentes id faciunt, semetipsos velut colliquant, vt Antiphanes Delius & Hyriadas.

μετὰ τοῦ ἱδρῶτος ὑπέρθεν.] *Cùm post dictionem* ἱδρῶτος *apposita esset asterisci nota, hánque sequeretur aduerbium* ὑπέρθεν, *locum eo modo quo hic legitur emendandum putaui. Non enim aliud ex Aristot. suppetebat, apud quem probl. 27. sect. 5 quæstionis hoc loco propositæ explicatio iisdem verbis scripta legitur, ex quorum collatione* διὰ τὸ πάχος *reposui pro* διὰ τὸ πλῆθος.

καὶ ποῖα, καὶ τι διαφέροντα.] *Post vocem* ποῖα *coniunctionem* καὶ *quæ in aliis exemplaribus desideratur repetendam existimaui vt sensus constaret: deinde in locum eius quod perierat ante* καθ' αὐτὰ *substitui* αὐτά. *Quæ lectio si minùs arrideat, si quis legat* αὐτὰ καθ' ἕκαστα *non magnopere pugnabo.*

οὐ γὰρ ὅτι τοιαῦτα μόνου.] *Neque enim in motu solo rerum quæ hîc commemorantur suscitandarum potentia inest, sed in omnibus iis quæ calorem augent. Hic Gal. cõm. in Aph. 20. lib. 3. Hippoc. ideo verno tempore impetigines, vitiligines, pustulas vlcerosas quamplurimas, & reliqua id genus erumpere scribit, quod eo tempore eiusmodi aliquid fiat quale per corporis intẽpestiuas exercitationes fieri videmus. Sic enim inquit.* ὅσοις δ' ἀντὶ καθάρσεως τῶν ἐν τῷ βάθει χυμῶν γίνεται τὸ γυμνάσιον, εἰς τὸ δέρμα τὴν κακοχυμίαν ἐκλεῖπον, ἕλκη καὶ ψώρας ἐργάζεται, κατὰ τοῦτο γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγεν ἕλκεα ἐκφύουσιν ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ· καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸ ἔαρ ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος θερμασία χέουσα τοὺς χυμοὺς ἐξάγει πρὸς τὸ δέρμα: καὶ τοῦτο τὸ ἔργον αὐτοῦ τοῖς γυμνασίοις ἐστὶ παραπλήσιον. *I. Quibus vero purgationis humorum in profundo latentium loco exercitatio imperata fuerit, ea ad cutem prauorum humorum copiam euocans, vlcera & scabiem excitat. Nam & hoc innuebat Hippoc. ipse cùm diceret, impurgatus si se exerceat vlcera exorientur. Et sanè verno tempore aëris ambientis calor humores fundens euocat hos ad cutem: idque veris ipsius opus exercitationibus persimile est. Reliqua repete ex eo loco & comment. ad part. 34. sect. 5. lib. 6. Epidem.*

ἐκ τῶν ἐνοδίων κηλευμένων.] *Horum verborum τῶν ἐνοδίων significatio perdifficilis & obscura, mihi negotij tantum attulit, vt non solùm de ea sententiam pronunciare pertimuerim, verumetiam rogatus doctorum hominum sententiis quid in ea dubitatione potissimùm sequerer non habuerim. Itaque quam in præsentia interpretationem affero sic ab omnibus qui in hunc locum incident accipi velim, vt ne meam esse existiment, sed eâ solum gratiâ adductam credant, vt quando locus hic sicco pede transiri non debet, si huius facilem & explicatam rationem habere non licet, at certe aliquid in quo augurium animi & coniectura valeat proferre. Num igitur τῶν ἐνοδίων appellatione accessiones Epilepticas significari dicemus, hásque ex Lunæ cognomine appellationem istam inuenisse? Quorundam enim sententia fuit Lunæ mutationibus accessiones Epilepticas commoueri: aliis verò Lunaticum morbum Epilepsiam nominari placuit, quia Luna silente natos potißimum corripere videretur: nonnulli etiam Lunatici morbi nomen ex eo inuenisse tradunt, quòd maleficus hominibus vlciscendorum scelerum causâ à Luna immitti putaretur. Quemadmodum verò variè fusam esse Lunæ in hac inferiora potestatem antiquis persuasum: ita huic varia nomina imposuere. Dianæ enim, & Hecates, nomen accepit, variis nominibus vnum idémque numen designantibus. Hinc est quod Charicles apud Athenæum lib. 7. dipnosop. Hecaten τριοδῖτιν, τρίμορφον, καὶ τριπρόσωπον appellat: & apud Vergil. Dido pro mansione Æneæ diis supplicans,*

Tercentum tonat ore deos, Erebúmque, Chaósque,
Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Hecaten autem apud Orpheum in hymnis εἰνοδίαν cognominatam legimus, cum ait,

Εἰνοδίαν ἑκάτην κλήζω, τριοδῖτιν ἐραννήν,
Οὐρανίαν, χθονίαν τε, καὶ εἰναλίαν, κροκόπεπλον.
*Nec verò Enodian Hecaten, Triuiámque silebo
Dilectam, cœlum, & terras, pontúmque profundum
Quæ tenet, & latè croceo velamine fulget.*

In Græcorum quoque Epigrammatis, plerumque eadem ἐνόδιος cognominatur. Cognomen autem istud ex eo in primis inuenisse creditur, quod huic in triuiis statuæ ponerentur, in iisque catellis nigris, vt refert Pausanias in Laconicis, sacra fierent, vnde τριοδῖτις postea nuncupata fuerit, eiúsque vocis imitatione à Latinis Triuia. Hinc Ouidianum illud.

Ora vides Hecates, in tres vergentia partes,
Seruet vt in ternas compita secta vias.

*In triuiis autem ob eam causam collocatam fuisse in Theocriti cõmentariјs proditũ est, quòd in illis à Pheræa matre abiecta fuerit, atque in illis à Pheræis pastoribus suscepta & educata. Huic τῶν ἐνοδίων interpretationi authoritatem addit Hippocr. in lib. de sacro morbo, vel quisquis eius libri author extitit, in quo varia numina commemorans, à quibus nefariј quidam homines comitialem morbum immitti proptereáque expiatione tolli oportere imperitæ multitudini suadere nitebantur, ἐνοδίης (inquit) προσκεῖται ἢ προσαγορεύμενη. Cur autem Epilepticorum hoc loco meminerit Theophrastus hæc ratio efficere videatur, quòd cùm id sibi propositi haberet, vt motum, atque calorem, multorum morborum cutaneorum, vt psoræ, lepræ, & cæterorum commemoratorum, authores esse ostenderet, quoties intempestiuè exercitatio adhiberetur, exemplum ab iis quæ in penitus abstrusis corporis partibus fiunt deducere voluerit, ex quorum numero comitialem morbum protulit, quod is reuersiones potissimùm habeat cùm incaluerit corpus, siue id motu & exercitatione effectum sit, siue caloris vi qui extrinsecus corporibus circunfusus sit. Verùm quæ de crurum inflammatione postea afferuntur, persuadere videntur, hunc in morborum externorum proposito exemplo permanere: adeo vt τῶν ἐνοδίων nomine tubercula & vlcuscula quædam designare videatur, quæ ex itinere, vbi excrementorum est redundantia, in cruribus erumpere consueuerunt. Huius tamen significationis exemplum nullum habeo, cùm id nusquam legerim. Ex ea autem opinione locum qui sequenti versu mutilus hoc modo legitur μάλιστα μὲν ἐπὶ τοὺς μει * ὅτε δὲ καὶ &c. integrum futurum existimaui si vt excudendum curaui legeretur.*

ὑπὲρ χυμῶ.] *Ita reposui pro iis quæ hic perierunt. Pruritus*

enim in cute excitatur humorum acrium & mordacium ad eam affluxu, authore Gal. cap. 7. lib. 2. de loc. affectis: quibus, vt inquit idem cap. 6. lib. 2. de symptom. causis, si quis nomen imponere vult, eos vel nitrosos, vel salsos, vel amaros appellet licet, quòd talis sit ipsorum natura, quam ab externis rebus sumpto exemplo discere licet, vt vrtica, scilla, muria, aqua marina, & id genus reliquis. Fit autem plerumque, vt ab humoribus illis sub cute putrentibus, perinde vt ab iis quæ proximè commemorata sunt pustulis quibusdam, quas ἰονθώδεις Theophr. appellat, cutis tumescat & exulceretur. Sunt autem ἴονθοι tubercula quædam dura, & parua, in facie nascentia, à crassis succis genita Gal. authore lib. 5. de compos. medicam. localium cap. 3. & lib. de remed. paratu facilibus cap. 51. quæ alio nomine, vt refert Paul. Ægin. lib. 3. cap. 25. ἀκμαὶ appellantur, quia ἐν τῇ ἀκμῇ fere erumpunt. Latini varos appellant.

ἐκκαύσει χλιαρᾷ.] Dictio hæc ἐκκαύσεις mihi non satis apta videtur ad id significandum de quo hoc loco sermo est: quippe quæ fomentum calidum, corpus omni ex parte complectens, non significet, sed vstionem potius, nisi eo nomine hypocaustum significari quis velit. Quoniam tamen non nisi magna cum religione quicquam immutare ausim, ea voce id fomenti genus significari putem, quod Hippocr. vbique πυρίην appellat, quo quidem vapore ab aqua, vel simplici, vel simplicium quorundam mistione medicata, in quam candentes silices iniecti fuerint, sublato, vel per arundinem emisso, corpus conopeo vndique tectum calefit: aut per plantas pedum, sub stragulis, lateribus calentibus subditis, vel vase æneo, vel testaceo, aqua feruentis pleno, in vniuersum corpus calor diffunditur: cuius opera, reseratis cutis spiraculis, bilis, aut pituita tenuis, epidermide conclusa, quæ qualitate sua pruritum inducit, sudoris specie excernitur. Cùm autem lex hæc intelligenti medico scripta sit aph. 21. lib. 1. Aphor. Hippocr. vt quæ vacuare oportet eò ducantur quò natura maximè vergere videbitur, non iniuria in affectibus cutis id remedij genus instituit Theophr. quod per cutem commodissimè vacuat.

Διὰ τί δ' οἱ παῖδες δυσίδρωτες τῶν ἀνδρῶν μᾶλλον, καὶ μάλιστα δὴ τὰ παιδία, καθάπερ θερ-

μα τὴν φύσιν ὄντα, καὶ ὑγρὰ, καὶ τοῦ ἱδρῶτος ἐκ τούτου πῶς γινομένου τὴν αἰτίαν ὑποληπτέον, ὅτι πυκνὸς ὁ χρὼς τῶν παίδων, πυκνότατος δ' ὁ τῶν παιδίων ὥσπερ γυναικῶν, κεκλειμένους ἔχων τοὺς πόρους. ἔτι δ' ἡ θερμότης ἐπικρατοῦσα πέττει, διὰ τὴν αὔξησιν. ἐὰν δέ τι καὶ γένηται περίττωμα, τοῦτο ἐκκρίνεται κατὰ κοιλίαν. εὕροις γὰρ, καὶ ἐπίπαν ὑγρότερα τῶν παιδίων. οἱ δὲ γέροντες μανόχροοι μὲν ἀλλὰ ξηροί. δεῖ δὲ τῷ ἱδρῶτι καθάπερ ὕλην τινὰ ὑπάρχειν. ἀλλὰ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο εὔπνουν καὶ μανὸν, ἱκανὴν ποιεῖ τὴν ἔκκρισιν, ἀεί τε συνεχὲς ὂν, καὶ μὴ πολλῶν ἐνυπαρχόντων, ὥστε πλείων ἡ ξηρότης καὶ τὸ μὴ εὔιδρον. ἡ γὰρ καθ' ἄλλον τρόπον πέρασις, ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν, ἑκατέρα κωλύει τοὺς ἱδρῶτας διὰ τοῦτο. καὶ γὰρ ὧν αἱ κοιλίαι ὑγραὶ, καὶ εἰς κύστιν ἡ ἐπίρροια, οὐκ εὐίδρωτες, ὅτι παρὰ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθ' ὥρμηκεν. οἷς δὲ πάλιν ἐπὶ τὰ σῖτα, τῆς κοιλίας καὶ κύστεως ἀνάρροια οὗτοι δ' εὐίδρωτες μᾶλλον. ἡ γὰρ ἐνταῦθα μειζομένη περίπλωσις ἀναφαίρεται πρὸς τὰς σάρκας, καὶ εἰς τοὺς ἄνω τόπους. ἐπεὶ καὶ ἄπεπτα τὰ σιτία ἔχοντες, καὶ ἀγρυπνήσαντες εὐίδρωτες μᾶλλον, ὅτι συμβαίνει τὴν πέψιν διαμείζειν τὴν ὑγρότητα, καὶ τὸν ὕπνον ἐκπέπτειν. ἐκ ξηροῦ δ' οὐκ ἔστιν ἱδρώς.

Cur autem pueri difficiliùs ſudorem profundant quàm viri, quanquam natura calidi & humidi, cauſam hanc exiſtere putandum, quòd puerorum cutis denſa ſit, puerulorum denſiſſima, velut mulierum, quippe quæ obſeratos habeat meatus. Præterea calor qui in illis plurimus eſt cõcoquit, ob accretionis neceſſitatem. Quòd ſi aliquid reliquiarum ſupereſt, id per aluum excernitur. Fluxilis enim eſt, omninóq; quàm reliquorũ humidior puerulorũ aluus. Qui autem ſenectutem agunt, rara quidẽ cute præditi ſunt, ſed tamen arida. Atqui ſudori materiam quandam ſubſtratam eſſe oportet. Verùm libera tranſpirãdi poteſtas, ipſáq; adeo raritas, ſatis multam excretionem facit, tum quia perennis atque perpetua eſt, tum autem quia minima ineſt humoris copia, ob plurimam ſiccitatem, & habitudinem ad ſudores ineptam. Nam ſiue altero modo, ſiue iſto humor excedit, vterque ſane ne ſudores fiant prohibet. Quibus enim aluus humida eſt, multuſque humor ad veſicam affluit, hi ſudorem non multùm profundunt, quia vniuerſus humor eas partes

appetit. Quibus contrà, ſumpto cibo, ab aluo & veſica humor auertitur, his ſudores magis erumpunt. Excrementum enim ex iis partibus ſecretum in carnes & loca ſuperiora exportatur. Porrò qui crudorum ciborum multitudine vrgentur, itémque qui noctes inſomnes ducunt, hi ad ſudores magis propenſi ſunt: quia concoctionis partes ſunt humorem ſecernere, ſomni verò concoquere. Ex ſiccitate autem ſudor exiſtere non poteſt.

ὁ χρὼς τῶν παίδων.] *Voces παιδίων & παίδων ſuis locis reſtitui, cum in alijs exemplaribus præpoſtero ordine legerentur. Cum enim è puerorum corporibus, maximè verò eorum qui in prima adhuc ætate viuunt, ſudorem difficiliùs manare dixerit quàm virorum, ſi eius rei ratio ex cutis denſitate, aut raritate, repetenda eſt, conſentaneum eſt maximè, vt puerulorum cutis denſa magis ſit quàm puerorum: aliqui his ſudorem difficilius effluere falſum fuerit. Hoc quid efficiat docet Gal. lib. 1. de ſimpl. Medic. facult. cap. 12. Paulò poſt vbi legitur* γυνῶν *ſubſtitui* γυναικῶν *quoniam cum mulieres infinitis partibus viris frigidiores ſint, quod ex cutis candore, glabritie, & reliquis omnibus, quarum multa habentur exempla apud Hippocr. lib. 1. Epidem. ſect. 2. & Ariſt. probl. 42. ſect. 10. & Alexandr. Aphrodiſ. probl. 6. lib. 1. & apud Gal. lib. 2. de temper. colligere licet, harum cutem contractam eſſe cum ratione maximè conſentit, vt propterea ſudore minùs diffluant.*

οὐκ ἐνίδρωτες.] *Sic ſcripſi editionem Henrici Stephani ſequutus. Niſi enim ita legatur, quis ſenſus ex iis erui poſſit non video. Sed neque hæc integram ſatis ſententiam faciunt, niſi poſt* κύστεως *aliquid addatur quod dictioni* ἀντιῤῥοία *ex altera parte op-*

ponatur. Quid enim rationis habet, dicere sudorem facilè effluere, posteaquam in ventrem atque vesicam assumptus fuerit cibus? Nam nec in vesicam assumitur cibus, nec si quid confecto cibo in vesicam illabitur, id efficit vt sudore magis diffluat corpus: immo impedit, eóque magis quo maiore copia in eam illapsum fuerit. Ergo cum humoris ad aluum & vesicam allapsus sudorem supprimat, eiusdem verò ab aluo & vesica reuocatio vt sudor cieatur efficiat, scribendum existimaui, ἐπὶ τὰ εἴσω τῆς κοιλίας, καὶ κύστεως ἀνάρροια, *interea dum aliquid aptius occurret.*

ἄπεπτα τὰ σιτία.] *In nominandi casu legere malui, quàm gignendi, vt in aliis exemplaribus legitur, ne casuum varietas obscuram orationem faceret. Non multò post pro* ἐκπέμπειν *reposui* ἐκπέπτειν, *sententia ita postulante.*

Ἄτοπον δ' ἂν ἐκεῖνο δόξειε, καὶ ὥσπερ ὑπεναντίον, ὅτι οἱ γυμναζόμενοι, καὶ εὖ ἔχοντες εὐίδρωτες, καὶ πάλιν οἱ ἀγύμναστοι, καὶ οἱ κακῶς. καὶ τὴν πεπεμμένην δὲ, καὶ ἄπεπτον ἔχοντες τὴν τροφήν. οὐκ ἔστι δ' ἄτοπον. ὅτι οἱ μὲν γεγυμνασμένοι μανὰ τὰ σώματα καὶ ἀνεωγμένους ἔχοντες τοὺς πόρους, ἔχει γε πολλοὺς τοὺς ἱδρῶτας. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ μὴ χρονίως ποιούμενοι τὰς ἀφιδρώσεις, εὐίδρωτες. ἔτι τῶν μὲν ἀνεωγμένοι, τῶν δὲ συμμεμυκότες οἱ πόροι διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι. συμβαίνει δὲ τούτοις καταπεπεμμένης τῆς τροφῆς, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. οἱ δὲ κακῶς ἔχοντες, καὶ μὴ πεπεμμένην τὴν τροφὴν, τῷ πλήθει τῆς ὑγρότητος εὐίδρωτες. διότι οὔτ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν, οὔθ' ὡσαύτως, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν μετὰ πόνου, καὶ ἀεὶ τὸ σύμμετρον ἀφαιροῦντες, οὗτοι δὲ καὶ αὐτομάτως καὶ ὡς ἂν τύχῃ,

καὶ τὸ ὅλον ἀεὶ περιττώματος ἔχοντες πλῆθος. δοκοῦσι δέ τινες καὶ ἐν τῷ χειμῶνι μᾶλλον εὐίδρωτες, ἢ ἐν τῷ θέρει εἶναι, μὴ τὰς ὑπερβολὰς ἑκατέρου λαμβανόντων, οἷον ψύχους τε καὶ καύματος (ἡ μὲν γὰρ οἷον ῥῖγος ἂν ποιήσειεν, ἡ δὲ τοῦ καύματος σύντηξιν) ἀλλὰ τὸ μέσον ἐν ἑκατέρῳ. τὴν δ' αἰτίαν ταύτην ὑποληπτέον, εἴπερ ἀληθές, ὅτι τὰ μὲν ξηρὰ τῶν ὑγρῶν, τὰ δὲ ψυχρὰ εἶναι περίστασιν τινα τοῦ θερμοῦ καὶ χαλάστασιν. ὁ δ' ἱδρὼς ἐξ ἀμφοῖν, τοῦ μὲν ὡς ποιοῦντος, τοῦ δ' ὡς πάσχοντος. ἔτι δὲ τοῦ θέρους καὶ διαλήκεται τὸ πολὺ τοῦ ὑγροῦ. διότι δὲ καὶ ἀνώμαλον ἱδρῶσι τρόπον τινὰ φανερόν. καὶ γάρ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ θερμὸν, ἐνταῦθα μᾶλλον, ἐξ ὧν, καὶ δι' ὧν, ὁ ἱδρώς.

Verùm illud abſonum eſſe, & quodam pacto repugnare videtur, eos qui exercitatione vtuntur, eos quoque qui integra ſanitate fruuntur, ſudore facilè manare: rurſúſque eos qui corpus non exercent, cóſque qui aduerſa valetudine tentantur: quinetiam qui alimentum benè coctum & confectum continet, qui item crudum, ſudorum vim multam profundere. Non eſt autem abſurdum. Qui enim corpus exercuerunt, quia rara habent corpora & fo-

raminibus patentia, ſudore facilè diffluũt. propterea enim quibus non longis interuallis ſudores effluunt, in iis ad ſudores fundendos procliuitas maior eſt. Ad hæc aliorum quidem cutis ſpiramenta aperta ſunt, aliorum verò conniuent, propter exercitationis inſolentiam. Hoc ipſum alimento probè concocto & mitificato eandem ob cauſam vſuuenit. Qui verò aduerſa ſunt valetudine, qui item alimenti crudi copiam continent, ob humoris exuperantiam, ad ſudores faciliores ſunt. Quamobrem neque ab iiſdem, neque ſimili modo ſudores fiunt: verum illi quidem per corporis labores obueniunt, effuſíque modum perpetuò tenent: hi verò ſuopte impetu, & vtcunque ſors tulerit, ſempérque vi magna erumpunt. Exiſtunt autem qui hyeme quàm æſtate ad fundendos ſudores expediti magis videntur, modò vtriuſque exceſſum non ſumamus, velut caloris & frigoris (illius enim exceſſus quendam quaſi rigorem inducit, caloris vero colliquationem) at quod vtriuſque medium eſt. Verùm eius rei rationem hanc ſtatuere licet, ſi id verum eſt, quod ſic-

cum humidi, frigidum verò calidi aduersa vi compulsum vndique tenetur. Sudor autem ex ambobus fit, hoc quidem velut agente, illo verò velut patiente. Accedit etiam quod æstatis tempore plurima pars humoris liquescit. Cur autem sudores dissimili ratione contingant manifestum est. Etenim tum humor, tum calor hic primas partes obtinent, quorum vi & efficientia sudores cientur.

ἄτοπον δ' ἂν ἐκεῖνο:] *Quemadmodum fere fit vt in locis vsque adeò mutilis in partes varias distrahantur interpretum mentes: ita dum huic loco nitorem pristinum restituere conatus sum, factum est profectò vt huius restituendi spem omnem propemodum abiecerim. Animum tandem addidit editio Henrici Stephani, à qua & si verbis aliquantum discrepent Veneti & Basilienses codices, re tamen congruunt: adeo vt remedium quoddam opportunum huic laceræ parti inde comparari posse existimauerim. Totum igitur locum, vt apud Stephanum legitur exscribam, vt ex huius cum vulgatis codicibus comparatione rectène coniecerim, iudicet lector eruditus. Sic igitur habet.* Οἱ γυμναζόμενοι, καὶ εὖ ἔχοντες, εὐίδρωτες μᾶλλον τῶν ἀγυμνάστων. καὶ οἱ πεπεμμένοι, καὶ οἱ ἄπεπτον ἔχοντες τὴν τροφήν, εὐίδρωτες. καί τοι δόξει ἄτοπον εἶναι. οὐκ ἔστι δέ. οἱ μὲν γὰρ γεγυμνασμένοι τῷ μανὰ τὰ σώματ' ἔχειν, καὶ ἀνεῳγμένους τοὺς πόρους, καὶ τῷ συνήθεις εἶναι πρὸς τοὺς ἱδρῶτας, εὐίδρωτες. τῶν δὲ μεμύκασιν οἱ πόροι, διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι. *I. Qui exercentur, itémque qui secunda va etudine fruuntur, iis qui exercitationibus non vtuntur faciliùs sudorem profundunt: quinetiam qui coctum alimentum, qui item crudum in se continent, sudore facilè diffluunt. Atqui absurdum id esse videtur: non est autem. Qui enim exercitatione vsi sunt, quia rara habent corpora, & foraminibus potentia, sudoribus quoque assueti sunt, sudore facilè manant.*

Aliorum verò meatus cutis conniuent, quia exercitationi assueti non fuerint. Vulgati verò codices sic legunt. ἄτοπον δ' ἂν ἐκεῖνο δόξειε καὶ ὥσπερ ἐναντίον ἦ, οἱ γυμναζόμενοι, καὶ συνέχοντες ἱδρῶτες, καὶ πάλιν οἱ ἀγύμναστοι χαλκῶς, καὶ τὴν πεπεμμένην δὲ, καὶ ἄπεπτον ἔχοντες τὴν τροφὴν. οὐκ ἔστι δ' ἄτοπον * γεγυμνασμένοι τὰ ἀνὰ τὰ σώματα καὶ ἀνεῳγμένους ἔχοντες πόρους. ἔχει δὲ * τοὺς ἱδρῶτας. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ μὲν χρονίως ποιούμενοι τὰς ἀφιδρώσεις εὐι * ἐπὶ τῶν μὲν ἀνεῳγμένοι· τῶν δὲ συμμεμυκότες οἱ πόροι διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι. Ad huius loci explicationem facit probl. 8. sect. 2. probl. Aristotelis.

ὅτι τὰ μὲν ξηρα.] Articulum singularem ἡ qui in vulgatis exemplaribus habetur, in pluralem τὰ mutandum esse persuasit sententiæ integritas: nisi quis subaudiendo vocem ὑπερβολὴ priorem lectionem retinere velit. Deinde verò ψυχρὰ reposui pro ὑγρὰ, vt contrariarum qualitatum oppositio vbique seruaretur. Cæterùm rationis quam affert Theophrastus tota vis axiomate philosophorum scholis notißimo nititur, quod ait collectam virtutem maiorem esse dispersa. Cuius explicationem cùm ex Theophrasto ipso habeamus, lib. de igne, eam ex huius quàm aliorum monimentis petere præstabit. Sic igitur inquit. τὰ καιόμενα θᾶττον καταναλίσκεται χειμῶνος ἢ θέρους. ἀσθενέστερον γὰρ ποιεῖ τὸ πῦρ τὸ θέρος, ὥσπερ καὶ ἥλιος, καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ, τὸ φῶς. ὁ δὲ χειμὼν, καὶ τὸ περιέξ καὶ τὸ τοῦ ἀέρος ψυχρὸν ἀθροίζει. συναθροισμένον δὲ πᾶν ἰσχυρὸν. διὸ καὶ ἐν τοῖς λαμπτῆρσι φῶς ἐπὶ πλεῖον φαίνει. ὅλως δὲ συνεστηκυῖα καὶ ἀθρόος ἡ δύναμις ἰσχυροτέρα, καθάπερ τοῦ βάρους. ὥσπερ γὰρ μεῖζον γίνεται. πολλὰ δὲ τοιαῦτα ἀπὸ τοῦ θερμοῦ λαβεῖν ἔστιν, οἷον καὶ τὰ ἀλειπτήρια, καὶ τὰ βαλανεῖα θερμότερα, καὶ χειμῶνος ἢ θέρους, καὶ βορείοις ἢ νοτίοις. συνέσταλται δ' ἐν τῷ χειμῶνι, καὶ συγκατακλείεσθαι τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ περιέξ ἀέρος, καὶ τὰ σώματα πέπτει τὰς τροφὰς μᾶλλον, καὶ ὅλως ἰσχυρότερα τοῖς χειμῶσιν ἐστὶν, ὅτι συνήθροισται, καὶ ἀντιπεριέστηκε τῷ θερμῷ. I. Quæ cremantur citiùs deflagrant hyeme quàm æstate. Imbecilliorem enim ignem reddit æstas, vt sol, & ignis ipse lumen. Vt hyems & ambiens aëris frigus colligunt. Quicquid autem collectum est, corroboratur: quocirca & in laternis lumen clariùs lucet. Omnino verò consociata & collecta potestas omnis robustior est, ponderis more. Sic enim maius redditur. Multa eiusdem generis, à calore asciscere licet, vt vnctorum sudationes, & balnearia, quæ hyeme quàm vere, aquilone quàm austro cali-

diora sunt. Nam hyeme circundatus aër contrahit & concludit calorem, & corpora melius cibos concoquunt, & frigoribus omnino robustiora sunt, quod coactus sit calor, & compulsus vndique teneatur. Lege eundem lib. 2. de caus. plantarum, vbi docet cur aqua frigida rigandis arboribus omnium aptissima sit.

καὶ οὐδ' οἱ πονοῦντες, ἀλλ' ὅταν παύσωνται μᾶλλον ἱδροῦσιν, οὐδὲ συντείνοντες, οὐδὲ κατέχοντες τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ὅταν ἀνῶσιν. ἐν τούτοις ἡ αἰτία. πονούντων μὲν γὰρ ὑπὸ πνεύματος αἱ φλέβες ἐμφυσώμεναι συμμύειν ποιοῦσι τοὺς πόρους, παυσαμένων δὲ συνίζουσιν. ὥστε δι' εὐρυτέρων, καθάπερ ἀνεῳγμένων, μᾶλλον ἐξέρχεται τὸ ὑγρόν. ἔπειτα δὲ καὶ ἡ ἀπόκρισις, ἡ ἀπὸ τῆς θερμότητος γινομένη, διὰ τῶν πόρων, ἐκ τοῦ ὑγροῦ συμπεφυκότος τὸ πνεῦμα ἵησι καὶ ἄγει πρὸς τὸ ἐπιπολῆς. ὅταν δὲ παύσηται πονῶν, ἥτε θερμότης ἅπασα διίει, καὶ ἐκ τοῦ πνεύματος ἀποψυχομένου γίνεται, ὑγρότης, ὁ καλούμενος ἱδρώς. ὥστε καὶ πλεῖον καὶ ῥᾷον ἐκπίπτειν. καὶ ἡ κάθεξις δὲ τοῦ πνεύματος πληροῖ τὰς φλέβας, ὥστε κωλύει διιέναι, καθάπερ τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τῶν κλεψυδρῶν, ὅταν πεπληρωμένων αὐτῶν δύσιν τὶς ἐπιλάβῃ. ὅταν δ' ἀνεθῇ τοῦτ' ἐξέρχεται, μηδενὸς ἐμφράττοντος. μετὰ δὲ τοὺς δρόμους, καὶ ἄλλους πόνους ἐν τῇ σκιᾷ μᾶλλον ἱδροῦσιν, ἢ ἐν τῷ ἡλίῳ, διὰ τὸ τὸν ἥλιον ἀναξηραίνειν, καὶ πυκνοῦν τοὺς πόρους. ὅλως γὰρ οὔτε πολὺ τὸ θερμὸν ἄγαν, οὔτ' ὀλίγον διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι χρή. τὸ μὲν γὰρ οὐ κινεῖ, τὸ δ'

ἀναξηραίνει. διὸ καὶ εἴ τις ἄγαν ἐγγὺς ἵσταται τοῦ πυρὸς, ἧττον ἂν ἱδρώσειεν. καὶ ἐν τοῖς ἀλειπτηρείοις ἐὰν μὴ εὐθὺς πίῃ τις πολὺ ὕδωρ, ἧττον ἱδρώσειεν, ἐὰν δ' ὕστερον, ἐπεισενέγκῃ μᾶλλον. προοδοποιου- λένου μὲν γὰρ καὶ παρορμῶντος τοῦ σώματος, συνεργεῖ καὶ τὸ ἐπεισελθόν. ἐκεῖνο δ' οὐ δύναται τὸ πλεῖον δι' ἀσθένειαν. ταὐτὸ δὲ πως τοῖς διῃρημένοις, καὶ ὅτι τρέχοντες ἧττον ἱδρῶσιν ἢ παυσάμενοι. τὸ μὴ γὰρ ἥ τε τοῦ πνεύματος κάθεξις, καὶ ἡ τοῦ ἀέρος κίνησις κωλύει.

Porrò neque qui labores adeunt, ſed qui à labore ad quietem reuocantur, ſudores magis profundunt, neque qui ſpiritum intendunt, neque qui retinent, ſed qui laxamenti aliquid huic impertiuntur. Hæc verò ratione non carent. Eorum enim qui laborant venæ ſpiritu diſtentæ faciunt vt oſcilla ad cutem tendentia claudantur: aliorum verò per quietem conſidunt. Itaque per ampliores vias, & quaſi apertas, humor expeditè magis peruadit. Deinde vero quæ caloris opera ſecretio fit, ex humore nobis ingenito, per cutis foramina ſpiritum tranſmittit, deducítque in corporis ſuperficiem: cùm autem qui laborat

quieuerit, vniuerſus calor extra profertur, hincque refrigerato ſpiritu humor emergit, qui ſudor appellatur. At verò ſpiritus cohibitio venas implet, ideóque humorem exitu prohibet, eodem planè modo quo aquam quæ Clepſydris continetur, quando quis ipſis impletis oſculum obſignauerit: cùm verò ſpiritui erumpendi poteſtas fuerit, tum humor nullo negotio effluit, cùm nihil ſit quod huic viam intercludat, ita vt copioſiùs & faciliùs excidat. Verùm enimuero curſibus & aliis contentionibus corporis defeſſi in vmbra ſudorem magis profundunt, quàm ſub ſole: quoniam humorem exhaurit ſol, cutíſque foramina adſtringit. Omnino enim neque calorem qui extrinſecus corporibus circunfuſus eſt nimium vehementem eſſe oportet, neque remiſſum. Non enim hic mouet, ille exſiccat. Propterea ſi quis ad focum propriùs aſtiterit ſudorem minùs profundet: ſi quis item in vnctuariis multam aquam biberit, ſudorem minùs erumpere ſentiet: ſin autem temporis aliquid interceſſerit, ſe ſudor magis efferet. Cùm enim præparatum eſt corpus, & quo-

dammodo ad excretionem ſtimulatum, in mutuam operam cum ipſo incumbit id quod foris aduenit: id autem præ impotentiâ vires ſuas proferre non poteſt. At verò cum iis quæ diſſeruimus idem quodammodo eſt, iis qui currunt pauciorem ſudorem effluere quàm poſt curſum quieſcentibus. Etenim ne ſudor cieatur partim vetat ſpiritus cohibitio, partim ambientis aëris agitatio.

οὐδὲ συντείνοντες.] *Ita emendaui cum antea legeretur συγκεχορότες, ex authoritate Ariſtot. probl. 1. ſect. 2. ex quo locus hic totus deſumptus eſt. Paulò poſt πονοῦντων lego pro πάντων, ſententiâ id efflagitante: quoniam vno contextu effertur ratio quæ efficit vt neque qui ſpiritum continent, aut intendunt, neque qui laborem ferunt, ſed quia ea contentione ſoluti ſunt, ſudorem plurimum profundant.*

ἔπειτα δὲ καὶ ἡ ἀπόκρισις.] *Hos ſex proximos verſus hoc loco repoſui, cùm in aliis exemplaribus poſt periodum ſequentem, καὶ ἡ κάθεξις, legerentur, quòd pertinere viderim ad explicandam cauſam ſudorum qui laboribus ſuccedunt. Opinionem meam tuetur Ariſtoteles qui probl. 20. ſect. 2. quæſtioni quæ hoc loco explicatur iis ipſis propè verbis quæ hic afferuntur ſatiſfacit, ex quorum comparatione pro τοῦ ὑγροῦ πνεύματος ἢ, repoſui ἐκ τοῦ ὑγροῦ συμπεφυκότος τὸ πνεῦμα ἴησι (quanquam nomen adiectiuum συμπεφυκότος facilè prætermitti potuiſſe exiſtimem) deinde pro ἐπαίρηται ſcripſi παύσηται.*

καὶ ἡ κάθεξις δὲ.] *Ex voce καχεξία, quæ in aliis exemplaribus habetur, vocem κάθεξις faciendam eſſe ſuaſit Ariſtot. qui probl. 1. ſect. 2. quæſtioni propoſitæ his verbis reſpondet: ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα κατεχόμενον πληροῖ τὰς φλέβας; Eadem periodo πεπληρωμένων αὐτῶν repoſui pro iis quæ in vulgatis libris deſiderantur. Huius loci*

ita explendi authorem habui Aristot. qui probl. citato animæ cohibitionem efficere ait vt sudores retineantur: ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τῶν κλεψυδρῶν ὅταν πλήρεις οὔσας ἐπιλάβῃ τις. Probl. autem 8. sect. 16. ἐὰν γὰρ (inquit) τις αὐτῆς (s. κλεψύδρας) αὐτὴν τὴν κοιλίαν ἐμπλήσας ὕδατος, ἐπιλαβὸν τὸν αὐλὸν, οὐ φέρεται τὸ ὕδωρ διὰ τοῦ αὐλοῦ ἐπὶ στόμα. Dictionem certè δύσιν quam in accusandi casu lego, non nominandi, vt in aliis habetur, apud Aristot. non reperi, atque haud scio num ex ὕσας profecta fuerit: quoniam tamen huic loco conuenire maximè existimaui, retinere malui, atque eo in sensu accipere quo πορθμὸν Empedocles, in iis versibus quos citat Aristot. cap. 3. lib. de respiratione, in quibus inspirationis & expirationis comparationem instituit cum influxu aquæ in Clepsydram, & eiusdem ex ea effluxu. Sic enim inquit.

Ὥς δ' αὔτως ὅτ' ὕδωρ μὲν ἔχῃ κατὰ βένθεα χαλκοῦ
Πορθμοῦ χωσθένος βροτέῳ χροΐ, ἡ δὲ πόροιο
Αἰθὴρ δ' ἐκτὸς ἔσω λελιημένος, ὄμβρον ἐρύκει
Ἀμφὶ πύλας ἰσθμοῖο δυσηχέος, ἄκρα κρατύνων,
Εἰσόκε χειρὶ μεθῇ· τότε δ' αὖ πάλιν ἔμπαλιν ἢ πρὶν
Πνεύματος ἐμπίπτοντος, ὑπεκθεῖ αἴσιμον ὕδωρ.

Sic æris cùm lympha quidem possederit imas
Partes, atque manu studiosè obsessa tenentur
Ora, inferri æther cupiens extrinsecus, vndam
Arcet circa Isthmi portas resonantis, & obstat
Dũ trahat illa manũ: Tunc contrà quàm prius æther
Irrumpens facit vt concedat lympha decenter.

Vt autem comparatio ista spiritus quem venæ coërcent & continent, atque efficit ne sudores erumpere possint, cum eo qui aquam è Clepsydra efferri vetat, cùm huius osculum occlusum fuerit commodiùs intelligatur: tenẽdum est in primis Clepsydram instrumentum fuisse horologicum, oris angusti in extremo collo, in fundo exiguum foramen habens, per quod aqua sensim & furtim distilla-

bat (vnde & nomen inuenit) in iudiciis olim adhiberi solitum, in quibus pro aquæ ex ea effusæ modo dicebatur, vt ex Æschinis oratione in Ctesiphontem intelligitur, vbi legimus primam aquam infundi solere actoribus, alteram patronis, tertiam iudicibus ad pœnam constituendam, nisi primis sententiis reus absolutus fuisset. Hinc illud Aristophanis in hominem litium auidum.

Ὁ νοῦς πέταται νύκτωρ περὶ τὴν κλεψύδραν.
Mens volat noctu circa Clepsydram.

Hæc si aquæ immergeretur fundo recto situ aquam petente, per foramen quod in fundo habebat, aquam admittere non poterat, si manu aut re quauis alia os superius obstrueretur. Cùm enim apud omnes qui de natura rectè philosophati sunt nullum inane ponatur, Clepsydram oportebat aërem in se continere, qui cùm occurrente quidem aqua infernè, pretensa verò manu supernè, exitum non haberet aquam intrò admitti possibile non erat: alioqui corporum penetrationem fateri oportet, quod apud philosophos absurdum habetur. Quemadmodum verò obturato osculo Clepsydra aquam intrò admittere non poterat, ita etiam admissam aperto osculo, foras emittere potis non erat, hoc rursus occluso: quia humorem vnitum atque continuum in Clepsydra retineri necesse esset, ne locus aliquis vacuus relinqueretur, quandoquidem huius impatiens est natura. Quod si sublata manu aëri subeundi potestas fieret, hic sursum deorsúmque agitatus humorem in clepsydra contentum deorsum impellebat, grauitate aquæ ipsi insita operam conferente, eóque motu vis aëri qui clepsydræ circunfusus erat inferebatur: quia cùm agendi vi aëri supernè impellenti par esset, renixu tamen infirmior erat. Aristot. autem & Theophrastus exemplum ex clepsydra duxisse videntur, quia vt obturato huius osculo nihil aquæ effluit, ne quid vacuum relinquatur, eo autem aperto facilè excedit, aëre aquæ locum occupante: Ita dum cohibetur spiritus, sanguine & spiritu venas distendente, sudor in corpore retinetur, vt ne quid vacui relinquatur: laxato autem spiritu, eóque vltro citróque commeante, sudor facilè erumpit, quia naturæ abunde est, vnde spatium ab humore qui sudore excernitur relictum impleat. Qui plura desiderat, legat Arist. probl. 8. sect. 16. quod ante citaui, & Alexandr. Aphrod. probl. 94. sect. 1.

ἐν τῇ σκιᾷ μᾶλλον ἱδροῦσιν.] *Inuenio in editione Henrici Stephani post* μᾶλλον *adiectum participium* καθεζόμενοι, *quod, vt monet ille, collocari debuit post verbum* ἱδροῦσιν. *Verùm quoniam ad sententiæ integritatem non magnopere desiderari existimaui, id à me omissum est. Caterùm Hippocr. lib. 2. de diæta & lib. de aëre, aquis & locis eius rei quæ pro quæstionis propositæ explicatione à Theophrasto affertur, meminit: aîtque eas corporis partes quæ soli expositæ sunt idcirco non exudare, quia humorem exhaurit sol, sursùmque rapit. Hæc autem ab eo adducuntur, vt familiari exemplo doceat quid causæ sit, quòd aqua marina salsa sit.*

οὐ δύναται τὸ πλεῖον δι' ἀσθένειαν.] *Ratio hæc desumpta est ex probl 11. sect. 2. probl. Arist. in qua ignis ob imbecillitatem sudoribus promouendis aptus non esse dicitur, quia conuenientiam quandam esse oportet inter id quod agit, & id quod patitur. Is autem quò amplior est & diuturnior eius vsus, vehementior est quàm vt conueniat sudoribus ciendis, quia horum materiam absumit, tantùm abest vt ipsos promoueat. Vehementem autem vim illam* ἀσθένειαν *appellat, quia ab symmetria illa recedit, quam natura vt aliquid producat in singulis operibus requirit. Sic enim Aristot. loco citato.* ἢ ὅτι τὸ σύμμετρον ἕκαστον ἐργάζεται; οὐκοῦν εἰ τοσοῦτον ποιεῖ οὐ ποιήσει πλεῖον. ἢ μᾶλλον τοὐναντίον; ὅτι τὸ σύμμετρον εἶναι ἐργάζεται τὸ ἔργον. διὰ μὲν οὖν τοῦτο, οὐχὶ πρὸς πλεῖον μᾶλλον ἱδροῦσι, διὰ δὲ τὸ πρὸς ἕκαστον ἄλλην εἶναι συμμετρίαν, καὶ τὸ πεποιηκὸς, μηκέτι ποιεῖν προστιθεμένου μᾶλλον. οὐ γὰρ ταὐτὸ προοδοποιεῖ ὥστε εἰς ἕκαστον. καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν παρασκευάζει, καὶ ἤδη τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλ' ἕτερον. *I. An quia vnumquodque quod moderatum sit agat? Atqui si quod tantum est agit, id quod auctum fuerit non aget. An contrà potius? Quia nempe ideò opus perficiat quòd moderatum sit. Ob eam igitur causam nihilo plus sudor erumpit, cùm ignis auctior fuerit. Quoniam verò inter singula mutuam quandam conuenientiam esse oportet, id quod iam egit, amplius non agit, cùm eius modus auctus fuerit. Non enim quod singula præcedit, & præparat vt res subiecta idonea fiat, idem etiam agit, sed quiddam aliud.*

καὶ ἡ τοῦ ἀέρος κίνησις.] *Aër enim concitatiore motu agitatus attenuatur, & refrigeratur: ita vt venti more corporis meatibus occurrens eos adstringat, vt docet Aristot. probl. 17. & 37. sect. 5.*

τὰ δ' ὑπὸ ὕδατος κάτω φερόμενα μέρη τοῦ σώματος οὐ διϊδροῦσιν, ὅτι κωλύει τὸ ὕδωρ τὴν τῆξιν. ὁ δ' ἱδρὼς τῆξίς τίς ἐστιν, οἷον τῶν κακῶς προσοικοδομημένων ταῖς σαρξὶν, ὅταν ἐκκρίνηται διὰ τὸ θερμόν. οἱ δὲ γυμναζόμενοι διαλείποντες τοῦ τρέχειν, ἢ παλαίειν, μᾶλλον ἱδροῦσιν, ἢ ἐὰν συνεχῶς. συναθροίζεται γὰρ καὶ διαπαυομένων ἡ ὑγρότης, εἶτα ταύτην ἐξάγει ὕστερον ἡ πάλη, καὶ ὁ δρόμος. ἂν δὲ συνεχὴς, ἀναξηραίνει, καθάπερ ὁ ἥλιος, καὶ τὰ πνεύματα. διότι μᾶλλον ἱδροῦσι τὰ ὄπισθεν τῶν ἔμπροσθεν εἰκῇ ἡ θερμότης καὶ ἡ ὑγρότης πλείων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι διά τε τὴν πάλην καὶ τὴν τρίψιν ἧττον κωλύεται. καὶ ἡ διάστασις ἐκ τῶν ἄνω μᾶλλον, ὅτι ὅπου πόνος ἐνταῦθα καὶ ἱδρώς. τὸ δὲ πρόσωπον μάλιστα ἱδροῦσιν, ἀσαρκότερον ὂν καὶ ἥκιστα πονοῦν, ὅτι καὶ ἡ κεφαλὴ ὑγρὰ καὶ μανή. ὑγρότητος δὲ καὶ μανότητος ἄλλα τε πολλὰ σημεῖα, καὶ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ ἡ τριχῶν ἔκφυσις. ὁ μὲν τὸ ὑγρὸν, αἱ δὲ τὸ μανὸν ἀποδηλοῦσι. διὸ καὶ πρῶτον καὶ μάλιστ' ἱδροῦσι τὸ μέτωπον. τοῦτο γὰρ ὑπὸ τὸν ἐγκέφαλον. ἔτι δ' ἡ τοῦ πνεύματος κάθεξις διατείνεται πως εἰς τὴν κεφαλήν. ὅτι δὲ τὰς χεῖρας τρίβοντες μάλιστ' ἱδροῦσιν κἂν τ' ἄλλα ὁμοιοσχημονῶσιν, κατὰ συμβεβηκός πως τὴν αἰτίαν ληπτέον. ἰσχύουσι γὰρ μάλιστα τούτῳ τῷ τόπῳ, τὸ γὰρ πνεῦμα τούτῳ κατέχουσι, τῷ ἐγγυτάτῳ ἰσ-

χόντες· πονοῦντες δὲ μᾶλλον ἱδροῦσιν. οὕτω δ' ἔχοντες τὸ πνεῦμα μάλιστα κατέχουσιν. εἶτα καὶ χειρὶ τριβομένων συμπονοῦμεν μᾶλλον, ἢ ὅταν ἄλλο τι μέρος τριβώμεθα. τῇ γὰρ καθέξει τοῦ πνεύματος καὶ τριβόμενοι γυμναζόμεθα, καὶ τρίβοντες. διὸ καὶ μᾶλλον ἱδροῦμεν. καὶ ὅταν τοὺς πόδας, καὶ τὰς κνήμας ἐν τῷ ὕδατι ἔχωσιν ἧττον ἱδροῦσι, ἢ ὅταν τὸ ἄλλο τὸ σχῆμα, διά τε τὰ προειρημένα. κωλύει γὰρ το ὕδωρ τὴν ἱδρῶτα. καὶ ποδῶν θερμαινομένων μάλιστα ἱδρῶτες γίνονται, ὅτι διαθερμαινομένων τούτων, καὶ τὰ ἄνω συνθερμαίνεται. οἱ δ' ἱδρῶτες ὅπου θερμὸν καὶ ὑγρόν. ἄλοπον δ' ὅτι οἱ ἀγωνιῶντες τοὺς πόδας ἱδροῦσι, τὸ δὲ πρόσωπον οὔ. καί τοι μᾶλλον εὔλογον, τὸ μάλιστα ἱδρωτικὸν, καὶ τὸ μὴ ἥκιστα. τὸ δ' αἴτιον ὅτι ἡ ἀγωνία ἐστὶν οὐ μετάστασις θερμότητος, ὥσπερ ἐν τοῖς φόβοις, ἀλλὰ μᾶλλον αὔξησις καθάπερ ἐν τῷ θυμῷ. καὶ γὰρ ὁ θυμὸς ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν θερμοῦ. καὶ ἀγωνιῶντες δ' οὐ διὰ φόβον τοῦτο πάσχουσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι. ξηραίνει γὰρ ἡ θερμότης ἐπιπολάζουσα τὸ ἐν τῷ προσώπῳ ὑγρὸν, τὸ δ' ἐν τοῖς ποσὶ συντήκει, διὰ τὸ ἐλάττω μὲν εἶναι, ὥστε ξηρᾶναι, πλείω δὲ συμφύτου προϋπαρχούσης. ἔνιοι δ' ἱδροῦντες ναυτιῶσιν ἐὰν ψυχθῶσιν, ἢ πνεύματι, ἢ ὕδατι. συμβαίνει γὰρ ναυτιᾶν οὐκ ἀλόγως. καὶ ὅτι

τὸ ὑγρὸν ψυχθὲν ἀθρόον ἔστη ἐμπερισαθεν, οὐκ ἠρεμῶν διὰ τὸ ῥεῖν. καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἴδιον, καὶ ἔξω γινόμενον ὕδωρ περιαπεσὸν τῷ ἀναπνευστικῷ τόπῳ ποιεῖ τὴν ναυτίαν. οἱ δ' ἱματιόδρομοι, καὶ ἱδρῶτες, καὶ ἀλείψεις εἰς ἱμάτιον ἀχρόους ποιοῦσι, διότι ἡ εὐχροια γίνεται δι' εὔπνοιαν, ἡ δ' ἄχροια διὰ τὴν κατάπνιξιν. Συνθερμαινόμενον γὰρ καὶ μὴ διαψυχόμενον τὸ ἐπιπολῆς ὑγρὸν ἄχροιαν ποιεῖ. τοῦτο δὲ συμβαίνει καὶ ἐκ τῶν δρόμων, καὶ ἐκ τῆς ὑπαλείψεως. οἱ δὲ γυμνοὶ δρόμοι διὰ τοὐναντίον εὔχροοι. καὶ γὰρ καταψύχει ὁ ἀὴρ τὰς συνισταμένας ἐκκρίσεις, ὅθεν καὶ διαπνεῖ τὸ σῶμα. ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις οἱ ἱδρῶτες μᾶλλον, ἢ ἐγρηγορόσιν, ὅτι ὑγρότατα καὶ θερμότατα πάντα, διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν. ἐξ ἀμφοῖν δὲ τούτοιν ἱδρὼς, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις.

Inferiores verò corporis partes si aquæ immergantur ideo non sudant, quia aqua ne liquefiant prohibet. Siquidem sudor quædam quasi liquatio est eorum quæ vitiosè carni accreuerunt, cum caloris vi excernuntur. Qui autem exercentur, si cursum aut luctam intermittant, vehementiùs sudant quàm si continuata contentione vtantur. Quiescentibus enim

colligitur humor, deinde verò hunc lu-ćta cursúsque foras iterum euocant. Cùm autem nulla horum intermissio sit, exsiccant, veluti sol & venti. Ex eo fit vt posteriora potiùs quàm anteriora sudore manent, quamuis anteriora maiorem caloris & humoris copiam contineant: quia nimirum dum luctæ & exercitationis vsus est, per eas partes erumpere minùs prohibetur. Accedit etiam quod ex supernis partibus humoris stillatio magis fit: quia vbi labor, ibi sudor. Sudor autem ex vultu potissimùm erumpit, quanquam carne exutus sit, miniméque laboret, quoniam caput humidum est & rarum. Atque cùm humiditatis & raritatis argumenta ex aliis capere liceat, tum verò ex cerebro ipso, pilorúmque ortu: quando illud quidem humoris copiam, hi verò loci raritatem præ se ferunt. Vnde fit vt primùm maximéque ex fronte sudor prodeat. Hæc enim cerebro subiacet. Præterea spiritus retentio quodammodo ad caput vsque pertingit. Vt autem qui manus exercent reliquis corporis partibus eundem positum seruantibus, sudorem maximè pro-

fundant, ex accidenti quodammodo fieri existimandum. Etenim partis illius robore plurimùm valent: quippe cùm inde cõparato subsidio animam contineant, ab ea parte quæ proxima est virium firmitatem obtinentes. Cùm autem exercentur plus habent roboris, dúmque ita se habent, spiritum magis cohibent. Deinde verò nobis manus conferentibus magis laboris illius particeps fit reliquum corpus, quàm dum partem aliam exercemus. Nam animam continendo, & exercemur, & exercemus: ex quo fit vt magis sudemus. Quinetiam qui pedes & crura in aquam demersa habent, minùs sudore manant, quàm si aliam figuram sitúmque tenuerint, ob eas causas quæ ante adductæ sunt. Siquidem aqua sudorem erumpere vetat. At verò pedibus excalefactis sudores maximè prorumpunt, quia iis partibus excalefactis partes superiores calorem vnà concipiunt. Atqui sudores caloris & humoris coniunctione quadam cientur. Sed absurdum est iis qui trepidant ex pedibus sudorem plurimum erumpere, ex facie verò nullum: quamuis cum ratione

magis conſentiat hanc ſudorem multùm profundere, illos autem minimùm. Hoc autem ex eo fit, quòd in trepidatione caloris ex vno loco in alium tranſlatio non fit, veluti per metum contingit, ſed potiùs auctio, qualis apparet, cùm animi irâ exardeſcunt. Eſt enim ira feruor caloris circa cor. Nec verò qui trepidant metus ratione id patiuntur, ſed partis quæ laborat, quoniam plus iuſto incaluit. Calor enim circum corporis ſuperficiem oberrans humorem qui in facie eſt exſiccat, eum verò qui in pedibus eſt liquefacit: quia infirmior eſt quàm vt ſiccare poſſit, vehementior verò eo qui naturâ inſitus eſt. Sed & exiſtunt nonnulli qui dum ſudorem profundunt, ſi vel ab vento, vel ab aqua frigeſcant, nauſeæ moleſtiam ſentiunt. Verùm cur nauſeent ratione non caret. Nempe quòd humor refrigeratus totus in vnum collectus eſt, nullam quietem habens ob aſſiduum fluorem. Tum etiam quia ſpiritus qui per corpus permeat, atque extrinſecus ſudor fit, ei parti quæ reſpirationi ſeruit occurrens nauſeam parit: At verò curſus qui corpore veſtibus con-

tecto ſuſcipiuntur, itémque ſudores, vnctionéſque quæ ſub veſtibus fiunt, decolores homines faciunt: propterea quòd coloris bonitas ex tranſpiratione commoda naſcitur, decoloratio verò ex præfocatione. Quoniam enim humor per ſumma corporis delatus, poſtquam incaluit, refrigerari nequit, decolorationem inducit. Idipſum etiam committunt curſus & vnctiones. Curſus verò qui vncto corpore aguntur, contrariâ ratione corporibus coloris bonitatem comparant. Ambiens enim aër excrementa quæ in cute ſiſtuntur refrigerat, eóque modo corpus commodè tranſpirat. Per ſomnũ autem quàm per vigilias ſudor potiùs effluit, quia tum humore plurimo abundant corpora, atque etiam calore, ob huius cohibitionem, ab aduerſa vi huic circunfuſa. Ab iis enim duobus ſudor fit, vt perſæpe antea dictum eſt.

διαλείποντες τοῦ τρέχειν.] *Sic reſtitui loci ſententia ſic poſtulante, cùm antè legeretur* διαπαλαίοντες. *Hîc enim agitur de illis qui cùm luctam vel curſum aliquantiſper intermiſſam repetunt vehementiùs ſudant. Loci huius ita reſtituendi authorem habeo Ariſtotelem, qui probl. 7. ſect. 2. quærit* διὰ τί οἱ γυμναζόμενοι ἐὰν διαναπαυσάμενοι παλαίωσιν μᾶλλον ἱδροῦσιν, ἢ ἐὰν συνεχῶς.

εἰ καὶ ἡ θερμότης καὶ ἡ ὑγρότης.] *Locum hunc ita emendandum pu-*

tavi, cùm vulgati codices legerent καὶ ἡ θερμότης καὶ ὁ ἱδρὼς τῆς πλείων. Etenim si ratio nuper allata propter quam qui aßiduè exercentur minùs sudant, perinde vt qui æstum solis diu perferunt, huic loco apta est (quod innuere videtur illud διότι quod præcedit) certè necesse est ideò posteriora sudorem magis profundere quàm anteriora, quia minùs calida. Anteriora verò quamuis humore magis abundent, ideo tamen sudore minùs manare, quia humor capacitatibus insignibus quæ in anterioribus partibus sunt recipitur, vt tradit Aristoteles probl. 14. sect. 2: tum verò quia calor qui in iis partibus plurimus est reliquum humorem exugit. Ac posteriora quidem minùs calida esse quàm anteriora ex Hippocr. confirmare licet, qui aph. 69. lib. 5. scriptum reliquit rigores incipere mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput peruenire: viris etiam magis posteriore quàm anteriore corporis parte, velut ex femoribus & cubitis. Nempe quòd dorsi partes ex Gal. cōm. in eum aphorismum, vtpote neruosæ, non solum faciliùs à frigore læduntur, sed promptiùs etiam frigus sentiūt. Vt autem intelligeremus partes anteriores calidiore esse temperamento quàm posteriores signum adiecit Hippocr. desumptum ex cutis raritate, cuius argumentum est pilorum in anterioribus partibus multitudo. Aristot. equidem probl. ante citato ideò sudorem in posterioribus partibus magis fieri placuit, quia ad conseruandum sudorem magis sint idoneæ quàm anteriores, quia scilicet anteriora magis quàm posteriora refrigerantur. Sed hæc cùm veritati parùm consentanea sint, si id quod ex Hippocr. & Galeno attuli recipimus, existimauerim sanè partes posteriores naturâ anterioribus frigidiores ideò sudore potius diffluere, quia humor multus in iis ob caloris inopiam colligi soleat, qui motu & exercitatione excalefactus & attenuatus postea erumpat, accedente cutis varietate motu ex exercitatione comparata. Eadem planè modo vsuuenire videmus, vt in iisdem partibus pruritus excitetur: quoniam vt tradit Alexand. Aphrodiß. probl. 25. lib. 1. anterioribus frigidiores sint, ideòque plus pituitæ habeant. Alteram rationem adiungit Theophr. ex Arist. probl. 4. sect. 2. desumptam: nempe quòd ex capite natura sua humido aliquid humoris in partes subiectas aßiduè illabitur. Hinc enim pro ἀνωμάλων quod habet vulgata lectio, legendum ἄνω μᾶλλον.

ὑγρὰ καὶ μανὰ.] Aristot. probl. 6. sect. 2. dum quærit cur sudor

capitis, aut nullum grauem odorem reddat, aut minùs quàm reliqui corporis, respondet id fieri, ὅτι εὔπνους ὁ τῆς κεφαλῆς τόπος. *Deinde subiungit,* δηλοῖ δὲ μανὸς ὂν τῇ τῶν τριχῶν ἐκφύσει. *Quo ex loco placuit Henrico Stephano locum hunc cùm antea mutilus esset, ita explere vt habes in contextu: quem propterea quòd appositè ad mentem Theophrasti huic loco subuenisse mihi visus est, lubenter sum sequutus.*

ἰσχύουσι γὰρ μάλιστα.] *Locum hunc de eo exercitationis genere interpretor, in quo pancratiastæ summis tantum manibus apprehensis, citra corporis complexum, certabant: quod propterea apud Græcos* ἀκροχειρισμὸς *appellatur, vt ex Gal. lib. 2. de sanit. tuenda cap. 11. constare potest: apud Hippocr. autem lib. 2. de diæta, vbi variarum exercitationum quæ antiquis in vsu erãt vires commemorantur,* ἀκροχείριξ: *quanquam lib. 3. de exercitationum generibus differens quæ vtiles sunt iis qui in morbum inciderunt ob exercitationem neglectam, vtriusque vocis discrimen facere videatur. Veteribus enim Græcis in frequenti vsu fuit, totum id quòd à scapulis ad extremos vsque digitos est* χεῖρα *nominare, quicquid autem patet intra iuncturam & digitos, quod speciali nomine* χεὶρ *appellatur,* ἀκροχεῖρα & ἀκρόχειρον *dicere, sæpe etiam* ἄκραν χεῖρα *vt lib. 1. de fract. apud Hippocr. Quæ autem hîc affertur ratio, cur eo exercitationis genere sudores potissimum cieantur, cum ea incidit quæ antè adducta est, cùm doceret animæ cohibitionem efficere vt sudores retinerentur, relaxationem autem, vt copiosè ferrentur. Atque hanc vt ab Hippoc. manasse putem facilè adducor: quandoquidem hic eo loco quem ex lib. 2. de diæta adduxi postquam* ἀκροχειρίξεως *vtilitates explicauit ita inquiens,* ἀκροχεῖριξ ἰσχαίνει, καὶ τὰς σάρκας ἕλκει ἄνω, *rationem statim subiungit, ductam à cohibitione spiritus. Sic enim ait.* πνεύματος δὲ κατάσχεσις τοὺς πόρους διαναγκάσαι, καὶ τὸ δέρμα λεπτῦναι, καὶ τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τὸ δέρμα ἐξῶσαι δύναται. *Cæterum totum Theophrasti contextum in aliis exemplaribus summè obscurum faciunt voces aliquot, vel immutatæ, vel omissæ. Huic tamen lucem afferri posse existimaui ex Arist. probl. 5. sect. 2. apud quem hæc quæstionis propositæ ratio legitur.* ἢ διότι ἰσχύομεν μάλιστα τούτῳ τῷ τόπῳ; τούτῳ γὰρ τὸ πνεῦμα κατέχομεν. εἶτα καὶ τῇ χειρὶ τριβόμενοι συμπονοῦμεν μᾶλλον, ἢ ὅταν ἄλλο μέρος τριβόμενον. τῇ γὰρ κατοχῇ τοῦ πνεύματος, καὶ τριβόμενοι γυμναζόμεθα, καὶ

τρίβοντες. *Quæ in oratione ante εἶναι δὲ aliquid de esse ex Theodori Gazæ Latina interpretatione manifestè deprehenditur, qui ita locum hunc conuertit. At quoniam robur huic præcipuè loco inditum est? Hoc enim spiritum continemus qui parti robustissimæ proximus est. Dum verò laboramus, vires augemus: his auctis spiritum continemus. Tum etiam, cùm hac perfricamur parte magis collaboramus, &c. Hunc igitur locum ex vtriusque contextus comparatione eo modo quem legendum dedi emendandum putaui: cui si nonnihil temporis impertiri volet studiosus lector, quàm rectè id fecerim intelliget.*

καὶ ποδῶν θερμαινομένων.] *Verba hæc ad ea vsque ὅτι διαθερμαινομένων, ex Aristot. probl. 19. sect. 2. adieci, quòd quæ in Theophrasti vulgatis exemplaribus leguntur, conueniant cum iis quibus Aristoteles rationem reddit cur capite & pedibus excalefactis sudores maximè erumpere soleant.*

ἀλλὰ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι.] *In vulgatis exempl. sic legitur.* ἀλλὰ τὸ μὲν οὐ διὰ το, τὸ μὲν πρὸς τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι. *Hæc autem quid sibi velint non video, atque haud scio an quisquam vllam tam sagacem coniecturam adhibere poßit, vt istorum facilis sit & explorata ratio. Si ab Aristotele auxilium petierimus, facilè nobis ex animo scrupulum hunc euellet. Sic enim habet probl. 26. sect. 2.* οὐ διὰ φόβον, καὶ διάψυξιν πάσχει (.s. ἀγωνιῶν) ἀλλὰ διὰ τὸ μέλος. *Nam* μέλος *pro* μέλλον, *quod vulgo legitur, scribendum est, si Theodori Gazæ interpretationem recipimus, qui ita hunc locum latinum fecit. Et trepidans ipse non motu refrigeratione que sit ita affectus, sed membri ipsius affectione. De qua & si dubitat Henr. Stephanus, videtur tamen ad Aristot. mentem maximè accõmodata quia scribit idem probl. 31. sect. eiusdem* διὸ καὶ ὠχριῶσι τὰ πρόσωπα οἱ ἀγωνιῶντες. κινοῦνται δὲ καὶ σκαίρουσι τοῖς ποσί. ποιοῦσι γὰρ τοῦτο οἱ ἀγωνιῶντες, καὶ καθάπερ γυμνάζονται. *I. Quapropter iis qui trepidant pallescit facies. Commouentur enim & pedibus subsultant. Id enim faciunt qui trepidant, & quodammodo exercentur. Hoc igitur loco, quia in pedibus excitari sudor videtur, quòd in trepidatione tremor ita occupat vt loco consistere nequeamus, proindéque pedes laborent, & laborando incalescant, pro verbis illis quæ initio adduxi hæc substituenda putaui,* ἀλλὰ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι. *Calor enim est qui sudorem promouet.*

Paulò post, post ἀποπλάζουσα, *addidi* τὸ ἐν τῷ προσώπῳ ὑγρὸν *ex probl. 26. sect. 2. antè citato.*

ἔνιοι δ' ἱδρώωντες ναυτιῶσι.] *Sic emendaui pro* ἔνιοι δ' ἱδρῶσιν, *ex probl. 18. sect. 2. probl. Aristot. Proximo versu reposui* ἀθρόον ἐστὶ ἔμπροσθεν, οὐκ κρεμῶν διὰ τὸ ῥεῖν, *pro illis* πότερον οὐχὶ ῥιγῶ ex *eodem probl. Vox autem* ἀναπνευστικῷ *quæ sequitur, suspecta mihi est, quia in parte respirationi seruiente nausea non fit, sed in parte nutritioni suam operam dicante, nempe in ventriculo, adeo vt* ἀνατ[illegible]ικῷ *legendum videatur. Quod si nihil immutare placet, ita Theophrastum interpretemur, vt in nausea partem respirationi seruientem laborare dicat, quia cùm per nauseam sursum attollatur ventriculus ad exclusionem rei molestæ, opprimitur diaphragma, ita vt respirationi lædi videatur.*

καὶ ἀλέαφεις.] *Sic legendum esse suadet Aristot. probl. 30 sect. 38. vbi quæstio hæc disceptatur, pro iis quæ hîc perierunt in aliis exemplaribus. Non multò post, pro* διανιέντας, διανιῶ τὸ σῶμα *ex eodem reposui.*

FINIS.

SVDORVM PROGNOSTICA ex Hippocr. & Galeni libris excerpta.

IGnea vis cœli veniës sublimis ab axe,
Flammarum soboles quas astra micantia fundunt,
Vnde sibi propriam quodcunque arcessere vitam
Omnipotens statuit rerum sator, æquora ponti
Seu teneant, liquidásue auras, terrásue patentes,
Quos primùm eduxit dulces sub luminis auras,
Dum fouet amplexu, viuum per membra vigorem
Diffundens, quantum duræ inclementia mortis
Haud obstat, triplicem qua constant corporis artus
Naturam in tenues ceu fumum dißipat auras.
At quoniam certam fatorum auertere legem
Fas nulli, sæuamque manum implacabilis orci,
Qui liceat damnum reparetur vt arte, fugacis
Exigere atque dies fas sit mortalibus æui,

A lib ne

G lib ni & m

Quæ ſolidæ vires Cerealia munera partis
Tutentur, quæ terra aruis, quæ fluctibus æquor
Educat, & leuibus quicquid ſecat æthera pennis,
Quæque ſitim ſiccam, populato humore, falerni
Purpureos latices, Lenæia munera, ſedant
Nutrimenta dedit rerum ſator optimus, vnde
Semper ſuppeterent populanti pabula flammæ.
2. *Has dum ſecreto cœleſtis fomite flammæ*
Fulta dapes verſant vario inteſtina labore,
p. *Humoris quicquid liquidi fuit antè, ſecretum*
de & *Hinc fluit ac refluit, fuſum per membra, vigorem,*
a-da *Et teneros mixtum cum ſanguine ſtillat in artus,*
Officium vectoris agens. Hoc munere poſtquam
b. it. *Perfunctum eſt, partim tenues vaneſcit in auras,*
Huc facilem pandente viam tum corpore toto,
Aut ſummos paſſim magno diffuſus in artus
Agmine fit ſudor. Quod ſi de tramite recto
Naturam infeſti flexit contagio morbi
4. *Nulla, decet qualem quantumque erumpere membris*
Aſpicies: febris ſin ſe vis ignea venis
p. de *Omnibus effundens miſeros depaſcitur artus,*
d. *Quo fouet humoris conceptam fomite flammam*
3. *Se color ante oculos offert (ſic ſæpe cruore*
2. *Perfuſum, Tyrioque ferunt cecidiſſe rubentem*
5. t. *Sæpe croco) humorem venis ſi flamina clauſum*
Deſtituunt, putri nares offendit odore.
Sed nec ſufficiet quoties de corpore ſudor

Effluit hæc ſpectaſſe ſatis, ſed tempora cautus
Proſpicies, multaq́ue modum meditabere cura.
Hinc etenim te ſi teneat ſpes anxia, finis
Quis maneat certis poteris cognoſcere ſignis.
Ergo vbi quis febris violento exæſtuat igne
Vndanti fertur membris ſi flumine ſudor, Hi
Excipitur plauſu multo quem tertia fundit, Ep
Quintaq; lux, poſt hanc quæ ſurgit terna quaternam & lib.
Cùm ſociam admiſit, ter terna deinde, propinqua 22.
Bis quinæque diem terris cùm ſuſcitat almum, pro
Hinc quæ poſt decimũ veniẽs micat ordine quarto:
Septima poſt decimam parilem ſibi poſcit honorem,
Et quæ bis denæ ſolem ſuperaddidit vnum,
Quæque iubar nouies ternum diffundit ab ortu,
Necnon quæ in decies ternas ſuperexit & vnam,
Et quam ter denæ, ſuperent ſi quattuor, implent.
Tempora nam totidem ſtatuit queîs omine certo
Expellit natura ſagax mala ſemina morbi:
Sin contrà excedant, longus mage quàm fuit antè
Morbus erit, gignétque nouos recidiua labores.
Sæpe tamen teneras vt febris nulla medullas
Vrat, & immenſi deſit manifeſta laboris
Cauſa, ſopor feſſos quoties complectitur artus Hi
Vi multa erumpit ſudor: ſed corpus onuſtum 41.
Indicat eſſe cibo pluri, ſin parcior vſus
Antè cibi fuerit, corpus vacuaſſe iuuabit.
Nec verò optandum ſolùm eſt vt certa diebus

Spes quibus affulget morbi fugientis, abundè
Parte eat ex omni sudor: laudabilis exit,
Vnà si fusus calor est: nam frigore sudor
Horrescens gelido, Stygium demittit ad orcum,
Dum furit, & membris febris bacchatur acuta.
Sin placida est molles pertentans flamma medullas,
Atque imis rapidos minùs implicat ossibus ignes,
Frigidus exiliens, nec per stata tempora fusus
Sudor, sed membris quocunque erumpere visus
Tempore, portendit longi fastidia morbi.
Nec tamen est calidus quisquis, præsaga salutis
Signa dabit: nam se spatiis voluentibus artus
Quêis miseros feruor quatit igneus, ordine nullo
Nequicquam effusus, tristis contagia morbi
Si non educit, malus est: hinc certa petuntur
Scilicet humoris multi argumenta latentis.
Quinetiam membris superet licet omnibus humor,
At lethale malum tamen est, sudore madescunt
Si solùm effuso: certam spondere salutem
Agmine nam nequeunt paruo quæcunque feruntur.
Si madida apparent, gelidus cùm perculit horror,
Atque artus rursum depascitur arida febris
Languentes, petitur Stygis irremeabilis vnda.
Nec minùs in peius ruit, & sublapsa refertur
Omnis spes, quoties febrili incanduit æstu
Corpus, & exiguus sudor collumque, capútque,
Occupat, aut etiam pectus: tunc quippe fatiscit

Naturæ virtus, veterum quassata malorum
Aggere, vel nimio distenta humore grauantur
Membra: vbi se sudor profert, ibi morbus oberrat. 38.li
Hip
Hæc nunc optatæ superest pars vltima metæ,
Vt quando effusis spes sit fore sudor habenis
Auxilio vt veniat, morbo iactante maligno,
Expediam. Lentus quoties cunctabitur humor Hip
Vesicæ, arentem properat si soluere febrem Epi
Natura, haud dubiè crede aduentare rigorem. sent
Quòd si tunc etiam suppressa morabitur aluus, Gal
Sudorem toto multum manare necesse de
Corpore, sin sola humorem torpente morantem cap.
Vesica aspicies, quantùm profuderit aluus,
Ante crisi quàm se natura accingeret, acri
Inquires studio. Nam si fuit impetus alui
Multus, relliquias morbi longo ordine monstrat
Hàc descensuras: paucus sin labilis humor
Antè fuit, sudor superas euectus in auras
Signa etiam properæ ostendit manifesta salutis.

FINIS.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΠΕΡΙ ἸΛΙΓΓΩΝ ΒΙΒ.

THEOPHRASTI DE vertigine lib.

ΟΙ ἴλιγγοι γίνονται, ὅταν ἢ πνεῦμα ἀλλότριον περὶ τὴν κεφαλὴν ἔλθῃ, ἢ ὑγρότης περιττωματική, ἢ ἀπὸ τῆς τροφῆς ἐνίας, οἷον ἢ τοῦ οἴνου, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς χυλοῦ, ἢ, τρίτον, ὅταν κινῇ τις κύκλῳ τὴν κεφαλήν. ὁ γὰρ τόπος ὁ περὶ τὸν ἐγκέφαλον φύσει μὲν ὑγρός ἐστιν. ὅταν δ' ἔλθῃ τι πνεῦμα ἀλλότριον, βιάζεται διαδυόμενον, καὶ πρὸς τὰς φλέβας ὠθεῖ κύκλῳ τὸ ὑπάρχον ὑγρόν. ὥστε τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐάν τις προαιρέσει κύκλῳ κινῇ τὴν κεφαλήν. οὐθὲν γὰρ διαφέρει ἔξωθεν ἢ ἔσωθεν εἶναι τὸ κινοῦν, οὔσης οἷον δίνης τινὸς τῆς φορᾶς τοῦ ὑγροῦ, μὴ συνεχοῦς ὁμοίως.

ἀλλ᾽ ἐν τῇ κινήσει τοῦ μὲν ὑστεροῦντος, τοῦ δὲ προτεροῦντος, τὸ ὑφιστάμενον ἀντίκρουον ἵστησι. τὸ δ᾽ ἱστάμενον διὰ τὸ μὴ ἰσορροπεῖν ὁμοίως αὐτῇ, ᾗ ἂν ῥέπῃ ταύτῃ φέρεται, καὶ τὸν ἴλιγγον ποιεῖ, καὶ καταβάλλει πολλάκις. αἴτιον δὲ, τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ ὑγρὰ ῥαδίως στρέφεσθαι, καὶ δινεῖσθαι διὰ τὴν λεχθεῖσαν αἰτίαν, ὅτι οὐ συνεχῆ. παραπλήσιον γὰρ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐν τοῖς ᾠοῖς τοῖς ὠμοῖς. ὄυτε γὰρ ταῦτα δύναται δινεῖσθαι, διὰ τὴν ὑγρότητα σφάλλεσθαι, τὰ δ᾽ ἑφθὰ δύναται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ σφάλλον ὑφιστάμενον, ἑνὸς ὄντος καὶ συνεχοῦς. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι σχεδὸν αὗται, καὶ τοιαῦται τοῦ πάθους.

VErtigo naſcitur, quum vel alienus ſpiritus in caput aſcenderit, vel humor excrementitius, ſiue is alicuius alimenti propria vi, vt vini, ſiue alterius cuiuſdam ſucci vitio genitus fuerit, vel etiam, quod tertium eſt, quum caput quiſpiam in gyrum circumegerit. Capitis enim locus naturâ ſuâ humidus eſt. Quum autem alienus quidam ſpiritus eò peruenerit, per venas permeans vim infert, humorémque qui in iis continetur, torquendo, conuertendóque, variè exagitat. Quare

idem omnino fit, atque cum aliquis de industria caput in orbem circumducit. Nihil enim intereſt, an motu cieatur interiore, an verò externo: cùm inſtar vorticis cuiuſdam humoris motio rata & conſtanti continuatione careat. Verùm cùm in omni motu aliquid poſtremum ſit, aliquid etiam primum, id quod ſubſiſtit, dum alterum repellit, eius motum ſiſtit: quod verò ſiſtitur, quia parem progreſſionem non habet, quamcunque viam nactum fuerit per eam defertur, atque tum vertiginem inducit, ſæpe etiam in terram deiicit. Hoc autem ideò fit, quòd quæ humida ſunt facilè conuerti & inflecti nequeunt, ob eam cauſam quæ adducta eſt: nempe quòd cohærente & continuata natura carent. Etenim tale quiddam iis contingit quod ouis crudis. Non enim conuerti poſſunt, quia fuſum humorem habent: cocta autem poſſunt, quia id quod ſubſiſtit, vagum & errantem motum non habet, vnito iam & continuo humore. Sunt igitur fortaſſe tot & tales huius affectus cauſæ.

Οἱ ἰλιγγιῶσι γίνονται.] *Cùm ſymptomati de quo iſto libello ſuſcepta eſt diſputatio duo ineſſe ſoleant, nempe tenebræ oculis obuerſan-*

tur, & omnium rerum quæ aspectui repræsentantur quædam circumactio, falsò concepta, quæ ita se habent, vt hæc quidem sola infestare posit: cum illis autem omnia circumagi etiam videantur, authores Græci nomina quibus istud designarent ita distinxerunt, vt circumactionem solam δῖνον, eam autem quæ tenebras vnà offusas habet σκοτόδινον appellarent, vt author est Gal. comm. ad part. 42. sect. 4. lib. de diæta acut. morb. Hippocratem aph. 17. lib. 3. aph. quem σκοτόδινον Medicorum vulgus appellat ἴλιγγον appellasse, ex Gal. comm. colligere possumus. Sic enim vocem illam exponit, vt sit σκοτοδινία, ἥτις γίνεται ὑγροῦ μετὰ παχέος πνεύματος κινουμένου κατὰ τὴν κεφαλὴν, διὸ καὶ προηγεῖται ἐπιληψίας καὶ ἀποπληξίας. I. tenebrosa obuersatio quæ gignitur ab humore qui vnà cum crasso spiritui in capite mouetur, proptereáque Epilepsiam & Apoplexiam antecedit. Aphor. tamen 31. eiusdem libri vtrumque symptoma eo nomine donasse mihi facilè persuadeo: cùm vertigines, quas eo loco senibus familiares esse scribit, modò cum tenebris, modò etiam sine his inuadere soleant. Cùm verò hic Theophrasti libellus περὶ ἰλίγγων inscriptus sit, atque earum rerum explicationem contineat à quibus ferè fit, vt quæ ob oculos posita sunt in gyrum conuerti putentur, quas plerunque sine tenebrarum offusione molestas esse certissimum est, vocem hanc vtrique symptomati significando accommodari existimare licet. Huius autem libelli initium ducitur ab explicatione causarum quæ vertiginem inducunt, quæ ita comparata esse videtur, vt ad solam vertiginem quæ per sympathiam fit pertineat: quandoquidem de spiritu qui dum caput appetit vertiginem facit, præcipua mentio est: cùm tamen frequentissimè in cerebro localem generationem habeat. Medicorum enim constans opinio est, primariâ cerebri affectione istud symptomata suscitari, cùm cerebrum intemperie afficitur: calida quidem humores tenuante, & in feruorem agente, vnde vapores multi tenues & calidi: frigida verò cruditatum parente, proindéque multorum & crassorum vaporum procreatrice (vnde senum diuturnæ vertigines apud Hipp. aph. 31. lib. 3.) qui vbi per arterias in anteriores cerebri ventriculos irrepserunt, exitum non habentes, in his, vt in clybano, circumaguntur, variéque impulsi turbulentos motus cient. Secundariâ verò cerebri affectione fieri receptum est, quum è ventriculo, inediæ quidem tempore, calore multo alimenti penuriâ humores exagitante,

calefaciente, tenuante, & ventriculum prauis succis replente, per cruditates autem, ob caloris natiui infirmitatem, multi vapores secernuntur, secreti autem dissolui nequeunt, qui demum in cerebrum efferuntur. Nec verò ex ventriculo tantùm, verum etiam ex pulmone, hepate, liene, vtero, toto etiam corpore, vapores sursum feruntur, ab impuritate humorum, quos partes illæ vel sponte sua generant, vel aliunde accipiunt, qui eo modo qui propositus est vertiginem pariunt. Signa vtriusque descripta leguntur apud Gal. lib. 3 de locis malè affectis cap. 8. Auicen. lib. 3. fen. 1. tract. 5. cap. 1. Paul. Æginetam cap. 12. lib. 3. & Aretæum cap. 3. lib. 1. de causis & sign. diuturn. morborum, quæ quæ data opera prætermitto, ne longiùs sese proferat oratio quàm scholiorum scribendorũ ratio postulat. Hanc scribendi legem cùm mihi ipse imposuerim, de causis procatarcticis multa dicere mihi necesse non esse arbitror: tum quia experientiâ ipsâ omnes ferè edocti sumus, quæcúnque humores calfaciũt, aut exagitant, aut cerebrum concutiunt, qualis est capitis in gyrum conuersio, cursus in orbem factus, diuturna rei alicuius inspectio prono in terram capite, solis æstus, & si quæ sunt alia eiusdem generis, quæcunque item imaginationi sui similem speciem repræsentant, vt aquarum vortices, rotarum aut turbinum circumactus, nubium in aëre pendentium concursus, & reliqua id genus in vertiginis causis numerari: tum etiam quia de iis rebus hic libellus præcipuè disserit, quæ ex huius lectione facilè intelligentur.

καταβάλλει.] *Editio Henrici Stephani, cuius antea memini, fragmenta quædam habet huius libelli, in quibus verbum καταβάλλει legitur, eius loco quod periit in vulgatis exemplaribus: quod ideò lubentißimè amplexus sum, quia cum sententia huius loci maximè congruit. Fit enim ferè, vbi vehementior est commotio spirituum quæ vertiginem facit, vt laborans corruat, idque testatum reliquit Gal. cap. 8. lib. 3. de loc. malè affect. dum inquit.* σκοτοῦνται γὰρ ἐπὶ σμικραῖς προφάσεσιν οἱ πάσχοντες, ὡς καὶ καταπίπτειν ἐνίοτε, μάλιστα μὲν ὅταν αὐτοὶ ποτὲ ἐν κύκλῳ περιστραφῶσιν. *I. Eorum enim oculis qui id patiuntur leuem ob causam caligo offunditur, adeò vt nonnunquam concidant, maximè verò quum ipsi in orbem circumacti fuerint.*

παραπλήσιον γὰρ συμβαῖνον.] *Dum humorem capitis huc & illuc impellit spiritus, siue hic ex inferioribus partibus effertur, si-*

ue in capite gignitur, humor quia instabilis est, nec constanti motu fertur, vt qui fluentem substantiam obtinet, quæ suo termino ideò contineri non potest, modò spiritum anteuertit, modò consequitur, adeóque fit vt spiritui aliàs interclusa sit via, aliàs pateat, vnde spirituum qui in cerebro continentur turbulenti & inordinati motus, vertiginis procreatrices. Itaque aptißimè humoris motum Theophrast. ouo comparat, quod cum diffusum habeat humorem, non continuum, dum crudum est circumagi nequit, sed in alterutram partem fertur, prout humor modò in hanc, modò in illam magis inclinat: dum autem coctum est, potest, vnito iam & (vt in philosoph. scholis loquuntur) conterminato humore. Hæc autem comparatio scripta legitur apud Arist. probl. 4. sect. 6. dum causam exponit Arist. quæ efficit vt qui surgunt vertigine potiùs tententur quàm qui sedent, cuius meminit Theophr. sub finem huius libelli.

διὰ τὴν ὑγρότητα σφάλλεσθαι.] *Verbum* σφάλλεσθαι, *quod in vulgatis codicibus desideratur, addendum curaui, quòd ad sensum explendum magnopere conducere putauerim. Opinioni meæ suffragatorem habui contextum qui in editione Henrici Stephani huic respondet, qui sic habet.* διότι τὰ μὲν (*sub.* ὠμὰ τὰ ὠὰ) ὑφ' ὑγρότητος ἀνωμάλου καὶ οὐκ ἰσοῤῥόπου οὔσης σφάλλεται.

Ἀφ' ὧν δὲ συμβαίνει γίνεσθαι τὰ καθ' ἕκαστα περὶ ὧν ἀποροῦσι, πρὸς ταῦτα ἀνάγειν πειρατέον. οἷον διότι κύκλῳ περιπατοῦντες ἰλιγγιῶσι. καὶ ἔτι μᾶλλον καὶ ὅσῳ ἂν ἐλάττω κύκλον θέωσι σφοδρότερον. καὶ ἐὰν μετὰ πολλῶν, ἢ μόνοι. καὶ ἐπ' ἀριστερὰ θέοντες, μᾶλλον ἢ ἐπὶ δεξιά. καὶ οἱ μακρόταλοι δὲ μάλιστα. πάντων γὰρ τούτων, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἐν τοῖς ὕστερον εἰρημένοις αἰτιᾶται. Εἴπερ γὰρ ὁ ἴλιγγος γίνεται ἐάν τις ἐν τῷ αὐτῷ στρέφῃ τὴν κεφαλήν, δῆλον ὡς εἴ τις ἐγγὺς τούτου στρέφοιτο, τάχιστα ἂν καὶ μάλιστα τῶν λοιπῶν ἰλιγγιῴη, ἐγγυτάτω

δὲ ὁ ἐν ἐλάττονι κύκλῳ στρέφων, καὶ ὅσῳ ἂν θᾶττον μᾶλλον. διόπερ οἱ θέοντες τῶν περιπατούντων, καὶ οἱ ταχέως τῶν βραδέως. θέουσι γὰρ ἐγκεκλικότες περὶ τὸ κέντρον, ὡς ὅταν καὶ εὐθὺ τὰ μήκη αὐτῶν ἐκπίπτει πρὸς μίαν κορυφὴν, συνάπτειν, καὶ γίνεσθαι κῶνον, βάσιν δ' εἶναι τὸν κύκλον. διὸ συμβαίνει καθάπερ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφειν τὴν κεφαλὴν, καὶ ὅσῳ ἂν ἐλάττω κύκλον μᾶλλον, ὀξύτερος γὰρ ὁ κῶνος, καὶ ἐὰν θᾶττον πλεονάκις ἐν τούτῳ γίνεσθαι κατὰ τὸν ἴσον χρόνον, καὶ τοῖς μακροτέροις δὲ μᾶλλον, ὅσῳ ἐγκλείουσιν. ἐγγυτέρω γὰρ ἔχει τὴν κεφαλὴν ὁ μείζων, τῆς τοῦ κώνου κορυφῆς. διὸ σχεδὸν ὥσπερ ἐν τῷ αὐτῷ συμβαίνει ἴσην ἔχοντα τὴν κεφαλήν. οὕτω δὲ μάλιστ' ὁ ἴλιγγος. καὶ οἱ ἐπ' ἀριστερὰ θέοντες τῶν ἐπὶ δεξιὰ μᾶλλον ἰλιγγιῶσι, ὅτι μᾶλλον ἴσως νεύουσι, καὶ ὀξυτέραν ποιοῦσι γωνίαν πρὸς τὸν κύκλον. ἐμβριθέστερα γὰρ ὄντα τὰ δεξιὰ, προσαποβιάζεται μᾶλλον αὐτοῖς διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀριστερῶν. καὶ ἐὰν μετὰ πολλῶν θέωσι μᾶλλον καὶ θᾶττον ἢ μόνοι. πρὸς γὰρ τῇ κύκλῳ περιφορᾷ καὶ ἡ ὄψις αὕτη προσβάλλουσα τοῖς θέουσι, καὶ συνεχὴς οὖσα, τῷ ἐγκεφάλῳ ποιεῖ τινα κίνησιν ἑτέραν καὶ ταραχήν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἔξω διαδίδοται καὶ πρὸς τῶν ἐντός. ὥστε ἐπεὶ καὶ ἑκάτερον ποιεῖ τὸν ἴλιγγον, οἷον ἥτε κύκλῳ κίνησις τῆς κεφαλῆς, καὶ ἡ ὄψις συνεχῶς βλέπουσα τῷ κύ-

κλῳ κινούμενον, ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον θᾶττον καὶ μᾶλλον γίνεσθαι τὸ πάθος.

Verùm à quibus ſingula quæ ſæpe in quæſtionem vocantur fieri contingat, vt doceamus danda nobis eſt opera. Eius generis ſunt hæc. Quid cauſæ ſit cur qui ambulando in orbem feruntur vertigine tententur: item cur eò magis quò minor eſt orbis, & celeriore curſu voluuntur: præterea cur potiùs qui cum multis circũ-aguntur quàm qui ſoli: & qui ad ſiniſtram deflectunt magis quàm qui ad dextram: & qui diutiſſimè, omnium maximè in vertiginem incurrunt. Harum enim rerum, & reliquarum id genus, ſi quæ ſunt, cauſa in iis quæ proximè ſequuntur explicanda proponitur. Si enim vertigo inuadit ſi quis caput in orbem torquet, manifeſtum eſt eum qui huius inſtar conuertitur inter cæteros celerrimè maximéque vertigine tentari: proximè verò eum qui anguſtiore orbe circumagitur, eóque magis, quò celeriùs. Propterea qui currunt, magis quàm qui ambulant in vertiginem incurrunt, itémque qui feſtinanter, magis

quàm qui lentè. Currunt enim in centrum inclinantes: quia dum ipſorum longitudines rectà labuntur, in vnum apicem conueniunt, conúmque efficiunt, cuius baſis eſt circulus. Quamobrem idē ipſum fit quod vbi caput circumagitur: præcipuè verò quò minor eſt orbis (conus enim acutus magis eſt) atque etiam quò celeriùs talis conuerſio æquali temporis interuallo ſæpiùs repetita fuerit: ídque quibus procerum magis eſt corpus, quò magis inclinantur. Qui enim procero magis eſt corpore, coni apicem capite própius attingit, adeóque fit vt caput illius cum huius altitudine æquetur. Sic autem vertigo maximè inducitur. Qui verò curſu magis ſiniſtram petunt, vertigine magis tentantur quàm qui dextram, quia magis fortaſſe nutant, atque angulum acutum magis deſcribunt, dum in orbem torquentur. Cùm enim dextræ partes grauiores ſint, magis vrgent, atque in interiorem partem magis propendent, ob ſiniſtrarum infirmitatem. Quinetiam ſi cum multis curſu ferantur, promptiùs multò in vertiginem incidunt quàm ſi ſoli: quoniam

corporis in orbem contorſio, aſpectus etiam ipſe in eos qui currunt coniectus, vnúſque ac continuus, in cerebro motum quendam alienum & tumultum excitat. Nam tum ab iis quæ intrò geruntur, tum ab iis quæ foris adueniunt diſpergitur. Itaque quando vtrúmque vertiginem inducit, capitis nimirum circumactio, & aſpectus in eos qui currunt continenter defixus, conſentaneum eſt maximè ab vtroque hunc affectum creari.

ἐν τοῖς ὕστερον εἰρημένοις ἅπαντα.] *Vulgati codices legunt* ἐν τοῖς πρότερον *&c. Editio autem Henrici Stephani* προείρηται ἡ αἰτία. *Eam tamen lectionem vt ſequar adduci non poſſum. Atque vt libellus hic fragmentum ſit alterius qui in eodem argumento verſabatur, adeo vt credi poßit quæſtiones quæ hoc loco afferuntur ſuperiùs tractatas, quoniam tamen ſingularum quæ hoc loco proponuntur cauſæ in ſequentibus explicantur, conſentaneum eſſe puto, vt* ἐν τοῖς ὕστερον εἰρημένοις *legatur.*

ἐάν τις ἐν τῷ αὐτῷ στρέφῃ τὴν κεφαλήν.] *Locus hic in vulgatis exempl. mutilus eſt. Si enim ita legatur,* εἴπερ γὰρ ὁ ἴλιγγος γίνεται ἐάν τις τῷ αὐτῷ στρέφοιτο, τάχιστα ἂν *&c. aliquid ad ſententiæ integritatem deſiderari manifeſtum erit: quòd cum Theophraſto propoſitum ſit ex inuadente vertigine, dum caput circumagitur, docere omnes corporis conuerſiones quæ in orbem fiunt vertiginem etiam inferre, hic contextus capitis nullam mentionem faciat. Quare ex editione Henrici Stephani verba hæc* ἐν τῷ αὐτῷ στρέφῃ τὴν κεφαλήν, δῆλον ὡς εἴ τις ἐγγὺς τούτου, *pro iis quæ deſunt ſubſtitui. Cæterùm cauſa quæ efficit vt dum caput circumagitur omnia circumagi putentur, ex Theophraſti ſententia ea eſt quæ initio huius libelli adducta fuit, nempe inæquabilis ſpiritus & humoris motio*

in capite, quæ siue ab interna causa sit, siue ab externa, eodem semper modo fit, vnde nihil referre dixit an motu cieatur interiore an verò externo. In qua explicanda huius & reliquorum omnium qui quæstionem hanc attulerunt vnum fuisse consensum video. Gal. enim cap. 8. lib. 3. de Loc. malè affectis, Alexand. Aphrod. probl. 131. lib. 2. Cassius medicus probl. 27. problematum quæ sub huius nomine cum principum medicorum operibus excusa sunt, & Macrob. Saturnaliorum lib. 7. cap. 9. eius rei causam in perturbationem quæ ex circulari motione accidit reiiciunt. Quorum omnium verba hic referre quoniam tædij aliquid fortasse habuerit, ex Macrobio quæstionis propositæ solutionem repetam, quod vsque eò disertè & eruditè huic satiffecerit vt reliquorum vice esse possit. Sic igitur inquit. Septem corporei motus sunt. Aut enim accedit priorsum, aut retrorsum recedit, aut in dexteram leuámve diuertitur, aut sursum promouetur, aut deorsum, aut orbiculatim rotatur. Ex iis septem motibus, vnus tantum in diuinis corporibus inuenitur: sphæralem dico, quo mouetur cælum, quo sydera, quo cætera mouentur elementa. Terrenis animalibus illi sex præcipuè familiares sunt, sed nonnunquam adhibetur & septimus. Sed sex illi vt directi, ita & innoxij. Septimus, id est, qui gyros efficit, crebro conuersu turbat, & humoribus capitis inuoluit spiramentũ: quod animam cerebro quasi omnes sensus corporis gubernanti ministrat. Hoc autem est spiramentum, quod ambiẽs cerebrum singulis vim suam sensibus præstat: hoc est, quod neruis & musculis corporis fortitudinem præbet. Ergo vertigine turbatum, & simul agitatis humoribus oppressum, languescit, & ministerium suum deserit. Inde fit iis qui raptantur in gyrum hebetior auditus, visus obscurior. Postermò neruis & musculis nullã ab eo virtutem, quasi deficiente, sumentibus, totum corpus quod iis sustinetur, & in robur erigitur, desertum iam fulcimentis suis, labitur in ruinam. Sed contra hæc omnia, consuetudo, quam secundam naturam pronuntiauit vsus, illos iuuat qui in tali motu sæpe versantur. Spiramentum enim cerebri, quod paulò antè diximus, assuetum rei iam non sibi nouæ, non pauescit hunc motum, nec ministeria sua deserit.

θεόυσι γὰρ ἐγκεκλικότες.] *Participium hoc* ἐγκεκλικότες, *ex editione Henrici Steph. in hunc locum transtuli, pro eo quod in aliis exemplaribus perit: nec lectionem hanc (quanquam aliter Ste-*

phano videatur) in dubium reuocari posse puto, cùm & huic loco maximè conueniat, & quæ octauo post hunc versu leguntur id maximè confirment. Nam dum conum quem qui in gyrum feruntur describunt ab iis qui proceriore sunt corpore integrum magis describi ostendit, his verbis vtitur. καὶ τοῖς μακροτέροις δὲ μᾶλλον, ὅσω ἐγκλείουσιν. Docet autem hic locus, nisi me mea fallit opinio, duabus rebus acceptam ferri opportere vertiginem, quæ eos tentat qui celeri cursu in orbem feruntur, nempe turbulento motui spirituum & humorum, qui in capite continentur: & celeri efformationi rerum quæ imaginationi repræsentantur. Cùm autē turbulentæ cōmotionis, quæ in cerebro fit, dum quis circumagitur, causa exposita sit, ita vt nihil necesse sit hoc loco in ea explicanda operam ponere, satis fuerit alterius rei causam exquirere. Ergo cùm animalis spiritus suapte natura reliquorum omnium leuissimus, & tenuissimus, & ad motum promptissimus sit, siue corpus in gyrum rotetur, siue res quæ ob oculos posita est (non enim refert ad vertiginem inferendam, vtrum hoc an illud fiat, quemadmodum vt quæ ex distantissimo loco videntur aut nigriora, aut minora, aut leuiora appareant, nihil interesse scribit Aristoteles lib. 3. Meteo. cap. 4. an res quæ cernitur mutetur, an aspectus ipse) ex illa circumactione celerrimè commouetur: commotus autem, ei animæ parti cuius est res quæ sensus afficiunt internoscere, illam celeritate maxima obiicit & repræsentat. Huiusmodi autem commotio, in ea parte quam dixi impressa manet, suique similitudinem quandam in ipsa relinquit, qua intus concussi spiritus huc & illuc oberrant, & circum aguntur, ita vt, etiam eo quiescente qui cernit, omnia in orbem moueri videantur. Sic enim apud Lucretium.

Atria versari, & circumcursare columnæ
Vsque adeo fit vti pueris videantur, vbi ipsi
Desierunt verti, vix vt iam credere possint,
Non supra sese ruere omnia tecta minari.

Quum autem quis in gyrum raptatur, vbi ad idem punctum à quo motionis initium fuit, reuersus fuerit, manifestum est ex eo circumactu circulum descriptum iri. Quoniam verò corpus, dum mouetur, superiore sui parte ad circuli medium semper mouetur,

ſempérque eò inclinat, ita vt perinde ac ſi animo finxeris ſingulis progreſſionibus ſingulas lineas rectas, altum petentes, circum extremitatem circuli ductas, quas peracto orbe, in eodem puncto, centro deſcripti circuli reſpondente, concurrere neceſſe ſit, conum hoc eſt, pyramidem rotundam effingat, cuius baſis eſt circulus, quem ex circumactu deſcribi dixi. Sed & cùm corpore in centrum inclinante radios rectos, quorum miniſterio aſpectum fieri ab Opticis traditum eſt, ſiue ab oculo ad obiectum moueantur, ſiue ab obiecto ad oculum (hoc enim loco nihil refert) corporis motum imitari neceſſe ſit, fit vt aſpectus in gyrum moueatur, eóque motu conum vnà cum corpore deſcribat, cuius baſim effingunt res quæ dum ita mouetur corpus, ante oculos poſitæ ſunt, quarum ſimilitudinem expreſſam dum gerit ea animæ pars cuius eſt de rebus quæ ſenſus afficiunt iudicium ferre, fit vt etiam immoto corpore, ad tempus aliquod, in orbem rotari videantur. Hinc pendet etiam ratio qua efficitur vt qui cum multis circumaguntur, vt qui choreas ducunt, in vertiginem magis incurrant quàm qui ſoli, atque eò magis quò celeritate maiore feruntur, de quibus ſtatim agetur.

καὶ οἱ εἰς τὰ ἀριστερὰ θέοντες.] *Poſt hæc verba, in vulgatis exemplaribus aliquid deſiderari manifeſtum eſt: quia hîc non quæritur, an qui dum in orbem mouentur ad ſiniſtram deflectunt vertigine corripiantur, ſed an magis quàm qui ad dextram. Quare poſt vocem* θέοντες *hæc adieci,* τῶν ἐπὶ δεξιὰ μᾶλλον ἰλιγγιῶσι, ὅτι *&c. editionem Henr. Stephani ſequutus.*

περιφορᾷ.] *Ita repoſui, cùm antea mendoſè legeretur* περιφερείᾳ. *Eſt enim* περιφέρεια *ambitus, ſiue circunferentia (vt loquuntur) ipſius circuli:* περιφορὰ *autem circumactio, de qua hîc ſermo eſt. Quæritur enim cur qui cum multis circumaguntur vertigine magis tententur quàm qui ſoli. Cuius cauſa (vt dixi) ex relatione ſimilitudinis in phantaſia eſt repetenda, veluti eius quod ſtatim ſequitur de aſpectu turbinum, quum in gyrum torquentur.*

Ὅτι δὲ διὰ τὴν τῆς ὄψεως κίνησιν ἰλιγγιᾶν συμβαίνει, φανερὸν ἐκ πολλῶν. οἵτε γὰρ πλέοντες θᾶττον καὶ μᾶλλον ἰλιγγιῶσιν, ὅταν ἐμβλέπωσι τοῖς κύμασι, καὶ τῇ τῶν ὅλων ἄστρων κινήσει. διὸ

καὶ ἐγκαλύπτονται τοῦτ᾽ εὐλαβούμενοι. καὶ οἱ τὰς αἰώρας, καὶ τοὺς τροχοὺς θεωροῦντες, καὶ συμπεριφέροντες τὴν ὄψιν, ταχὺ σκοτοῦνται. συμβαίνει γὰρ κινουμένην κύκλῳ τὴν ὄψιν κινεῖν τὰ ἐντὸς, καὶ ταράττειν ἀνομάλως. ἰλιγγιῶσι δὲ καὶ οἱ τὰ ὑψηλὰ, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ ἀπότομα ἀποβλέποντες, διὰ τὸ συμβαίνειν μακρὰν ἀπολειπομένην σείεσθαι καὶ κραδαίνεσθαι τὴν ὄψιν, σειομένην δ᾽ οὕτως, καὶ κινουμένην ταράττειν καὶ κινεῖν τὰ ἐντός. ἀναβλέπουσι δὲ οὐ συμβαίνει τοῦτο, διὰ τὸ μὴ ἀποτείνειν μακρὰν, ἀλλ᾽ ἀποτέμνεσθαι ἐν τῷ φωτί. γίνεται δ᾽ ἴλιγγος καὶ ὅταν εἰς τοῦτο βλέπωσι συνεχῶς, καὶ ἐπατενίζωσιν. διὸ καὶ ἐπαπορεῖται διὰ τί ποτε κινουμένης κύκλῳ τῆς ὄψεως, καὶ ἠρεμούσης, συμβαίνει τὸ αὐτὸ πάθος. ἄτοπον γὰρ τὸ αὐτὸ ἀπὸ τῶν ἐναντίων. αἴτιον δὲ τοῦ μὲν ἐν τῇ κυκλοφορίᾳ τὸ εἰρημένον, τοῦ δ᾽ ἐν τῇ ἐπιστάσει, καὶ τὸ ἀτενισμῷ, διότι τὰ ἐν τῷ κινεῖσθαι σῳζόμενα ἡ στάσις διΐστησι, καὶ ἡ στάσις τῆς ὄψεως, διάστασις ἑνὸς μορίου, τἄλλα τὰ συνεχῆ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ διΐσταται. διϊστάμενα δὲ καὶ χωριζόμενα τὰ βαρέα, καταβαρύνει, καὶ ποιεῖ τὸν ἴλιγγον. τὰ γὰρ πεφυκότα κινεῖσθαι τήνδε τὴν κίνησιν, ἄλλως τε καὶ συμμένει διὰ ταύτην, εἰ δὲ μὴ καθάπερ Ηράκλειτος φησὶ, καὶ ὁ Κυκεὼν, διΐσταται κινούμενα. εἴη δ᾽ ἂν καὶ τῇ κυκλοφορίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦ-

τὸ ἀποδιδόναι. διΐσταται γὰρ ἡ δίνη. τὰ δὲ βαρέα καὶ κοῦφα δέον ἅμα εἶναι, τὰ μὲν εἰς μέσον ἄγοντα, τὰ δ' εἰς τὸ ἔσχατον. ποιεῖ δὲ καὶ τὸ κύπτειν ἰλίγγους διὰ τοῦτο. χωρίζεται γὰρ τὰ βαρέα, καὶ ἐλαφρά, μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω. δεῖ δ' ἅμα εἶναι, καθάπερ ἐλέχθη.

Accidere autem ob aſpectus motionem vt omnia circumferri videantur, ex multis rebus perſpici licet. Nam & qui nauigant multò celeriùs vertigine tentantur, cùm ad fluctus, aut aſtrorum motus, oculos conuertunt. Quare faciem obuoluunt qui id formidant. Quinetiam qui res penſiles, aut turbines, dum circumaguntur, intuentur, aut oculorum aciem contorquent, celerrimè in vertiginem incidunt. Fit enin vt aſpectus dum in orbem torquetur, quæ intrò ſunt commoueat, & inæqualiter perturbet. Præterea qui res altas, aut magnas, aut abruptas ſpectant, vertitigine tentantur, quia aſpectum in longũ extentum quaſſari, & vibrari contingit: ſic autem quaſſatum & commotum, eorũ quæ intrò ſunt perturbationem afferre. Iis autem qui ſurſum oculos attollũt idem

non accidit, quia non longè se profert aſpectus, ſed in ipſo lumine intercipitur. Fit etiam vertigo quum in rem eandem oculos continentur intentos & infixos habét. Quocirca dubitatur etiam quî fiat vt cum aſpectus in orbem circúmque fertur, cúmque quieſcit, idem affectus excitetur. Abſurdum enim videtur ex contrariis aliquid quod vnum idémque ſit, produci. Verùm eius quod per motũ qui in orbẽ fit vſuuenit ea eſt ratio, quæ ante adducta fuit: eius autem quod eſt intentiſſimo intuitu & cótinuo naſcitur, hæc ſtatuẽda eſt, quòd quæcunque motu ſeſe tuentur quies diſiungit, ac quies quidem aſpectus, quandò vnius partis diſiunctio eſt, reliqua quæ in cerebro coniuncta & continuata ſunt diſiungit. Cùm autem grauia diſiuncta, & quodammodo diſtracta fuerint, grauitatem inferunt, vertiginémque pariunt. Quæ enim ita à natura comparata ſunt, vt eodẽ motu moueantur, huius præſertim opera vnita & coniuncta manent: ſin minùs, vt inquit Heraclitus, atq; Cyceon, dum mouentur diſiunguntur. Fuerit etiã fortaſſe in corporis motu in orbem facto eiuſdem rei effi-

rei efficiendæ vis. Diſiungit enim circumactio. Grauia autẽ & leuia ſimul eſſe conuenit, ita quidem vt illa ad medium ducant, hæc autem extremas partes appetãt. Capitis etiam in terram inclinatio eandem ob cauſam vertiginem facit. Grauia enim & leuia diſpergit, hæc quidem ſurſum, illa autem deorſum. Iſta autem ſimul eſſe oportet, vt dictum eſt.

ἰλιγγῶσι δὲ καὶ οἱ τὰ ὑψηλα] legunt vulgati codices, τῶν ἰλιγγιῶν δὲ, quorum loco ex editione Henr. Stephani ἰλιγγιῶσι repoſui: vt paulo poſt μακρὰν pro μακρὰ ex eadem, vt iungeretur cum ſequenti accuſatiuo ὄψιν.

ἀλλ ἀποτέμνεσθαι ἐν τῷ φωτὶ.] Ratio hæc ex Platonis ſchola manaſſe videtur. Nam etſi Theophraſto cum Ariſtot. magiſtro & reliquis philoſophis, qui de videndi ratione diſſeruerunt, in eo conueniat, quod medium in quo excitatur ſpecies rei obiectæ, lumine illuſtratum eſſe oporteat, vt aſpectum moueat: tamen niſi cũ Platone radium igneum (non adurentem quidem, vt loquitur in Timæo, ſed æthereum, qui ſolis radio ſimillimus ſit) ex oculis pari celeritate atque ſolis radium efferri poſuerimus, qui cùm medij lumine vt naturæ ſuæ cognato, coniunctus, faciat vt rerum imagines, quas εἰδωλοποιΐας appellat, oculis repræſententur, cur aſpectus in ipſo lumine interceptus efficiat ne qui ſurſum ſpectant vertigine tententur, intelligi non poteſt. hoc autem poſito, ra...nis quã affert Theophraſtus totam vim, ex cognatione naturæ qua aſpectus cum lumine medium aërem illuſtrante iungitur pendere, facilè intelligetur. Qua de re qui plura deſiderat legat Gal. lib. 10. de vſu part. cap. 12. & ſequent. & lib. 7. de placitis Hipp. & Platonis cap. 5. & 6.

διότι τά ἐν τῷ κινεῖσθαι συζόμενα.] Totus hic locus, tanta obſcuritate inuolutus eſt, vt coniecturæ vix locus vllus relictus ſit, adeo

vt meritò ab Heraclito (cuius scripta obscuritatis tantùm habuerunt, vt propterea σκοτεινὸς *cognominatus fuerit) fidem accepisse videatur. Obscuritatem auget lectionis dissensio, quæ in vulgatis exemplaribus cum Hen. Stephani editione est. Nam vulgati codices post verba illa,* τὰ συνεχῆ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, *legunt* συνίστασθαι, *sequentis autem periodi hoc habent initium,* διϊστάμενα δὲ καὶ χωριζόμενα τὰ βαρέα: *editio verò Henr. Stephani, pro* συνίστασθαι, *legit* διΐστασθαι: *deinde sequitur,* ἱστάμενα δὲ, συνίστασθαι καὶ χωρίζεσθαι τὰ βαρέα. *Vt autem in tanta dubitatione aliquid pronuntiare liceat, huius loci hunc esse sensum arbitror. Quando spirituum ita comparata est ratio, vt perpetuo motu gaudeant, in quo moderatio & temperantia quædam retineatur, qualis in omnibus naturæ muneribus apparet, si eo motu priuentur, ipsorum vim infringi, languescere, & ab officio suo discedere necesse est. Ergo vbi quis rem aliquam quàm maximè intentis oculis aspicit, quia oculus in eam intentus, infixúsque, spiritus qui animæ muneribus exequendis præpositi sunt, ad se traducit, & velut in statione quadam continet, eo motu quem à natura habent destituuntur: cùm autem eo destituti sunt, nec vt ante vltro citróque in omnes cerebri partes commeant, humores qui in cerebro continentur deserunt: qui quia non reguntur, sed pro libidine huc & illuc aguntur, turbulentos motus in cerebro excitant. Quoniam autem humores grauitatem quandam habere videntur, spiritus autem suapte natura leuissimi sunt, idcirco cùm ob aspectus quietem grauia à leuibus dissociata vertiginem inferre dicit Theophrastus, ita interpretor, vt ob continuationem coniunctionémque spirituum & humorum diremptam, vertiginem induci velit. Si legitimus huius loci sensus est, vt certè videtur, pro* συνίστασθαι, *quod in vulgatis exemplaribus legitur, reponendum* διΐστασθαι: *quæ verò in editione Henr. Stephani postea leguntur emendanda, legendúmque* διϊστάμενα δὲ καὶ χωριζόμενα τὰ βαρέα. *&c.*

ποιεῖ δὲ καὶ ἄλλη τις ἐναντίωσις, ὡς δοκεῖ, τὸν ἴλιγγον, οἷον τῆς ἐνδείας, καὶ πληρώσεως. ἡ μὲν γὰρ ἔνδεια σύντηξιν, ἡ δὲ πλησμονὴ πρόσπτωσιν ἐποίησεν, ὥστε πλήρεις γίνεσθαι τοὺς πόρους. ἀνιχ-

σα γὰρ αὐτὴ καταβαίνει καὶ διΐστησι ταῖς περιό-
δοις, ὥσπερ ἐστὶν ὁ ἴλιγγος. ἐπεὶ καὶ αἱ μέθαι, καὶ
αἱ φαρμακεῖαι, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις παραπλή-
σια, διὰ τοῦτο ποιεῖ τοὺς ἰλίγγους. ὅθεν καὶ τὸ
σημεῖον τινὲς ἐπ' ἀμφοῖν κοινὸν λαμβάνουσιν. ὅταν
γὰρ μὴ δύνηταί τις τοὺς στρωτῆρας ἢ δοκοὺς ἀριθ-
μεῖν, τὸν μὲν οὔπω κεκαθάρθαι, τὸν δὲ μεθύειν φα-
σίν. ἡ ὑγρότης ἡ ἀλλοτρία γὰρ ἐμπεπλωκυῖα,
ποιεῖ τὴν ταραχήν. διὸ καὶ ἐφ' ὅσων ἄλλων συμ-
βαίνει πνεύματος ἢ ὑγρότητος γίνεσθαι τὸ πλῆθος,
ἢ καὶ τῶν ὑπαρχόντων διάστασιν, ἀπὸ πάντων
συμβαίνει τοῦτο τὸ πάθος. ἀνιστάμενοι δέ, μᾶλ-
λον ἢ καθίζοντες ἰλιγγιῶσιν, ὅτι ἠρεμούντων συνί-
σταται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ πλέον, ὅταν δὲ κι-
νῶνται, σφαλερὸν γίνεται καὶ εἰς ἓν μόριον θρόον
ἄγον, ποιεῖ τὸν ἴλιγγον.

Vertiginem inducere etiam videtur altera quædam contrarietas, qualis eſt ea quæ inter famem & ſatietatem intercedit. Fames enim colliquationem, ſatietas autem excrementorum colluuiem inuehit: ita vt meatus corporis propterea impleantur. Hæc enim, quum viam ſibi parauit, deſcendit, & circuitionibus quibuſdam fertur: quod officit vt vertigo inuadat.

Nam & crapula, & medicamenta aluum ducentia, & quæcunque horum ſimilia ſunt, eandem ob cauſam vertiginem pariunt. Inde fit, vt amborum ſignum quoddam commune habeatur. Cùm enim nequit aliquis tigna & tabulas tignis inſtratas numerare, alterum quidem nondum purgatum aiunt, alterum verò crapula nondum liberatum. Siquidem humor alienus in caput irruens perturbationem affert. Quare à quibuſcúnque ſpiritus aut humoris multitudinem congregari accidit, aut eorum quæ in corpore ſunt diſiunctionem fieri, ab iis hunc affectum excitari conſentaneum eſt. Qui autem aſſurgunt, magis quàm qui ſedent vertigine tentantur, quia in quieſcentibus humor capitis vnitus manet, cùm verò mouentur, inſtabilis eſt, atque in partem vnam cófertim traductus vertiginem parit.

ὡς πολύ, τὸν ἴλιγγον.] Locum hunc, cùm vacuus eſſet in aliis exemplaribus, expleri poſſe exiſtimaui, ſi voces hæ τὸν ἴλιγγον, eorum loco quæ deerant ſubſtituerentur: quòd quæ hîc de alimenti penuria & repletione nimia, afferuntur, eò ſpectent, vt ex his vertiginem etiam induci doceat Theoph. Id quî fiat, initio huius libelli dictum eſt: cùm doceremus per inediam calorem ventriculi, alimenti penuriâ, humores nonnunquam excalfacere, tenuare,

commouere, hincque ventriculum prauis succis repleri, à quibus vapores in caput efferuntur, qui vertiginem pariunt: repletionem autem nimiam, cruditatum parentem, quibus per vniuersum corpus diffusis facilis in vertiginem prolapsus sit, ob vapores crassos qui aßiduè in caput inuadunt.

ἔπει καὶ αἱ μέθαι.] Cur ebriis omnia in gyrum verti videantur, quæsitum est ab Aristotele probl. 9. sect. 3. Et Alex. Aphon. probl. 71. sect. 2. Vtrique in reddenda huius rei causa conuenit: nempe quòd nimio vini potu cerebrum vaporibus multis oppleri accidit, qui spirituum qui illic continentur turbulentos motus pariunt, qui non antè quiescunt, quàm crapula omnis soluta fuerit. Addit Aristot. consentaneum esse, vt cùm ebriorum aspectum, propinquis etiam rebus, falli contingat, multò magis iisdem longè positis fallatur. Quamobrem (inquit) has videre penitus nequeunt, propinquas autem possunt, sed non eo quo sitæ sunt loco. Circumferri autem tantum, non etiam prope, procúlque, moueri videntur, quoniam procul ob circularem motum ferri nequit aspectus. Non enim facilè est contraria simul effici. Aspectus autem qui ad longinqua fertur, vehemens quædam contentio est (sic enim Græcus contextus legendus, ἔστι δ' ἡ μὲν πόῤῥω, ἐπίτασις σφοδρὰ, huius loco, ἔστι δ' ἡ μὲν πόῤῥω ἐπιθυμία, σφοδρὰ etc.) Qui verò in orbem fertur, quod ipsum nomen indicat, figuræ cuiusdam significationem habet. Hic autem locus facit ad interpretationem illius qui sequitur, vbi ex eo argumentum peti ait Theophr. crapulæ nondum solutæ, quòd ebrij tigna & tabulas tignis instratas numerare non possunt.

τὸν μὲν οὔπω κεκαθάρθαι.] Sic restitui, cùm antea locus hic ita legeretur, τῶν μὲν ὅπω καὶ * Ita restituendi authorem habui Alexandrum Aphrod. qui probl. 33. lib. 2. quærit διὰ τί ἐν ταῖς καθάρσεσιν ὅταν ἀριθμεῖν δύνωνται τὰς δοκοὺς ἀκριβῶς, ἀρκούντως ἐκκαθάρθησαν. I. Cur in purgationibus alui, qui purgantur cùm summas trabes numerare possunt, sufficienter purgati sunt. Id autem ex eo fieri scribit, quod medicamentum purgans, ab initio, humores ex vniuerso corpore in ventrem attrahit, vnde fit vt vaporum qui ex ipso feruntur multitudine cerebrum repleatur, à quibus spiritus qui oculis videndi potestatem impertiunt inficiantur: qui quum purgatione peracta puri sint, & pristinum splendorem receperint, oculis veras rerum imagines repræsentant.

γίνεσθαι τὸ πλῆθος.] *Ita legendum esse eorum loco quæ hîc desiderantur, sensus huius loci postulat: quod facilè intelligetur ex causis vertiginis, quæ initio huius libelli proposita fuerunt.*

σφαλερὸν γίνεται.] *Sic emendaui pro φανερὸν, sententia ita postulante. Deinde paulò post pro μόνον, reposui μόριον, ex Arist. authoritate, qui probl. 4. sect. 6. vbi quæstio hæc tractatur ita scribit.* ἢ διότι ἠρεμοῦσι τὸ ὑγρὸν εἰς ἕν μόριον ἀθρόον ἀποκλίνει; *I. vtrum quoniam in quiescentibus collectus humor vnum in locum inclinat? Cætera ex eo loco repete.*

FINIS.

Errata sic emendabis.

Fol. 3. pag. 2. ver. 12. An quia. pag. ead. ver. 23. vnà. fol. 4. pag. 2. ver. 11. Odyss. pag. ead. vers. 16. ὄφρ' ἐγὼ. pag. ead. ver. 22. χρόα νίζετο. fol. 5. pag. 1. ver. 7. genuino. pag. ead. ver. 26. ταῦτα. fol. 6. pag. 2. ver. vltimo, ex quo aliquid gignitur. fol. 8. pag. 2. vers. 28. quæque. fol. 10. pag. 1. ver. 13. αὐτοῖς. pag. ead. ver. 18. quæcúnque. fol. eodem pag. 2. ver. 6. παχύτερος. fol. 11. pag. 1. ver. 12. crassitudinis maioris particeps. fol. 12. pag. 1. ver. 3. & tenuem. fol. eod. pag. 2. ver. 14. πολλοῖς. fol. 13. pag. 1. ver. 7. οἱ δ'. fol. 14. pag. 2. ver. 18. Hinc Gal. fol. 16. pag. 1. vers. 9. ἰόνθοι. fol. 18. pag. 1. ver. 5. quò. fol. 20. pag. 1. ver. 23. ἀθροίζει. fol. eod. pag. 2. ver. 23. ἐμφράττοντος. fol. 24. pag. 2. ver. 9. τὸ ὕδωρ τὸν. fol. 27. pag. 2. ver. 30. raritate motu & exerc. fol. 31. pag. 2. in notis ad lib. marginem positis ver. 2. particul. pag. ead. ver. 12. prorrhet. atque eam vocem vbique lege vbi inuenies prorethr. fol. 36. pag. 1. ver. 16. πονοῦσι. pag. ead. ver. 22. ἐγκεφάλῳ. fol. 37. pag. 2. ver. 17. singulorum. fol. 39. pag. 2. ver. 17. τῇ ἐπιστάσει fol. 40. pag. 1. ver. 17. enim. fol. eodem. pag. 2. ver. 4. continenter.

EXTRAICT DV PRIVILEGE.

LE Roy ayant eſgard à l'humble ſupplication de M. Bonauenture Grangier docteur regent en la faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris: par lettres de priuilege donnees à Paris le VI. iour de May 1576. ſignees Moré & ſeellees ſur ſimple queuë du grand ſeel dudit Sieur, a permis, octroyé & accordé audict Grangier qu'il puiſſe choyſir tel Imprimeur que bon luy ſemblera pour imprimer & expoſer en vente vn liure intitulé *Theophraſti philoſophi nobiliſsimi de ſudoribus libellus vnus, de Vertigine libellus alter, è Græcâ linguâ in Latinam conuerſi, & annotationibus illuſtrati.* Auec deffences à tous autres, non ayant la permiſſion dudict Grangier, d'Imprimer ou faire imprimer ledict liure, à peine de confiſcation deſdits liures, & d'amende arbitraire, iuſques au terme de ſix ans prochains & conſecutifz, à commencer du iour que ledit liure ſera acheué d'imprimer.

Ledict Grangier à donné permiſſion & charge à Iean de Bordeaulx marchant libraire en l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer & mettre en vente ledict liure ſuiuant les lettres ſuſdittes, le iour & an que deſſus.

Acheué d'imprimer le cinquieſme de Iuillet, 1576.